in Pultoviensi Societatis Jesu collegio,
ab eodem ornatus praepositura Mielc-
viensi expedit usq honorifica legatione
ad Greg. XIII. A. 1582. Protonotarius ibi
factus Apostol. demum Cardinalis Ioan-
nem titulo S. Viviani creatus A. 1589.
Revertens in Poloniam d. 29. Maji
(ita habet Ioh. Pet. Mag.) Episcopatu decoratus
est Varmiensi. A. 1599 factus Epus
Transs. eodem anno a Michaele Vayvod
prope Cibinium fusus d. 28. Oct. necatusq
a suis. vid. Miles. Otthel. qui annum
ætat.

ætatis ejus nonum. 28. posterior quæ habitum ejus describit externum. ex Hamaxtöjio p. 765.

Fratres ejus fuerunt

1) Stephanus Bathori natu major, quem Stephanus Petrum Wayuodam Mold. A. 1550 restituit, ejecto Tolsuino, qui vel Balthasare ejus abstracto Andrea in Poloniam abeunte, in Transilvania remisit a Sigismundo postea supremo Capitaneatu Varadiensi &c. natus A. 1589 quem deponit A. 1592. p. 408 Bethl. p. 400.

2) Balthasar frater in Polonia postea profugus, unde revocatus est ab Andrea Cardinali A. 1599. vid. Bethl. ad hos Annos p. 362. 769.

Uxor ejus filiæ dicitur Boithino Catharina Mayladi atque filius Gabriel Bathori postea princeps.

3) Balthasar, cui Stephanus patruus terram Fogaras testamento reliquerat. Hic de- niam pro sagratis regionibus exoticis cum fratre Card. Robam in Poloniam et hinc derelicto fratre Andrea in Transilvaniam regrediturus, ubi a fratre supremus Praefectus constitutus. Cultio interea simultatibus inter eundem et Principem, ductas Alexandri Kendi primi procerum filiæ, sororis ux. Ka- spari Boit interfectus est A. 1594. Lugduni in Hamaxtyido d. 9. 10. Sept. Bethlen p. 384.

5. Gabriel Bathori.

Stephani Bathorei Scholasticii, qui tempori- bus Sigismundi in Poloniam confugerat ex Catharina Mayladi filius. Jeandum Boitinum Bethlen p. 380.

Boit Eminus, successit in locum Sigism. Bathoreji spante Patre se abdicante A. 1608. intersectus est A. 1673. d. 28. Octob. una cum tota Varadiensium arcem ultimo recreandi causa carpento vectus eheret. (Quirinus) v. Bethlenii relatio Mstr.

Ex reliquis Batthoriis notent

1) Stephl. Batthori, Palatinus A. 1514. factus
Hungariae Ferdinandi † 1535. in arce
Deteria Istvanf. p. 135. dicit hic Stephani Batthori Vayvod Subethatthia
ea fratre Andreae Nepos, a Stephl.
Graduerit in descriptione cladis Mohacs.

2) Stephl. Batthorius † in Ecsed 1605. cujus
Istvanffius accuratius fuisse dicit
palatinum p. 534. mentio etiam ejus
fit apud Bethlenium p. 521.

in Bethlenio mortuus
anno dicit A. 1532. ejus
successus Bianffi.

3) Nicolaus Batthorius praetoriae praefectus
† 1585. quem Jesuit
4) in dignitate patruus Stephanum Jovius
adhuc Georgii filium apud Istv. p. 364.
5) Andreas Batthori ab Ecsed ab. 1562. a
Ferd. Vajvod. Transs. declaratus. vid
supra.
6) Andreas Comes Szamar. Stephani Palatini patruus dictus apud Istvanffi. p. 61.
7) And. Somlianus Claro Stephanii R. Polon
patruus dictus apud Bethlen. p. 169.

1451. Amurathes iterum terram Dareensem ferro et igne vastat.
1452. Rustici[?] tumultus in Pannonia ducibus Antonio et Martino.
1453. Amurathes Imperator cum dedecore solvens obsidionem 7 mensium Belogradi amissis 10000 hominum in fossis, in breditum jubet Mezithem druem Europe circa Pannonias impressionem facere in Pannoniam. hic Sabessum diripit et ingentem hominum multitudinem per provinciam Brassoriensem abduxit, villis et suburbiis igne consumptis.
1440 Joh. Hunyades Banus Severiensis Vayvoda Pannonis a Vladislao constituitur.
1444 Clades ad Varnam, in qua Vladislaus rex et Julianus Cesarius Cardinalis auctor rupti foederis interficiuntur. Hunyades vix fuga elabitur 10 quemb.
1448. Joh. Vayvoda conflictus cum Turcis in Kenyérmező alias Rigómező.
1453 Constantinopolis capitur per Mahomedem 29 Maji.
1454. Lues pestis, quam vulgo magna appellatur, omnia pene climata mundi pervasit.
1456 Alba Græca per Mahomedem 150000 hominum obsessa virtute Joh. Hunyadis et Capistrani defenditur. Mahometa fugida peruersus est, 22 July. Joh. Hunyades 10 September moritur. Similiter Johannes Capistranus.
1458 Matthias Corvinus in regem Hungariæ eligitur. A. 1459 coronatur. 1460. Dracula Vayvoda Wyzidum Transylvanum Olmas dirigit in festo Bartholomæi. Mich. Szilagyi capitur a Turcis.
1462 Matthias rex Draculam Vayvodam capit.
1467. Matthias R. proficiscitur in Moldaviam post festum Mar

14 Martij Hora 2 ante Meridiem
1571. e vivis excessit fuit Princeps Joh. [illegible]
electus Rex Hungariæ ad horam 8 matutinam post
quam ea ipsa Die tristicos plurimos morbo comitiali concussus
esset Anno 1571.

1570 Albinii ig nig exortus est
1556 combusta est fere media pars celeberrimæ Albæ Albinæ
cuius inter 1. 2. 3 horam vespertinam.
1571 Frebr admodum concussiones in Varpin contigerunt
1566 Joh. Semdrus Dei Grã electus Rex Hungariæ fuit in
Turcia una cum suis nobilibus et aliis
1565 Moritz Joh. Bentnerus Judex Coronensis.
Varta secta Vas Vigil Claudii Me nonas
Bentnero ex Vrgens Vr sua fata Vr 28.
1526 20 Octobr egredit Ludovicus Rex Ungariæ ex Buda ad conflictum
dum cum Turcis quo tandem miserè interiit
1570 Terræmotus Coronæ sensus inter horam 6 et 7.
matutt. sertz et præcedente nocte inter 12 et 1 horam
eodem modo terram concussam et quassatam esse.
Altera sexta 6 Vr et Vr cessa Ma jan Vs.
Vigiles Vr fuere et atra Vr 24. 1566 D. S. P.
1557 moritz Valentinus Vagnerus.

Martini atq eam Hungaris subjicit.

1473. Desolas Varadinu per Turcas.

1475. Steph. Vayrod. Moldavis Turcas cedit et duos et 36 signa militaria capit.

1479 Steph. Bathor Vayvoda Transilis 65000 Turcarum in campo Kenyer prostravit, in festo Colomani.

1480 Pestis vigens grassatr per totam terram Barciensem

Steph. Bathori ad obsidendam Nicopolim Transalpinam ingredit.

1483 Vienna expugnatio per Matthiam Regem Hungaries

1484. Valachia Turcis subigitur

1490 Mathias Rex moritr. Wladislaus Casimiri regis Polonie filius succedit.

1491 Alba Regalis per Maximilianum Imp. occupata.

1493. Turci prope rubram Turrim per proditores prostrati.

1495. Pestis Coronae et in provincia Barbarensi grassatur.

1506 Ludovicus rex natus.

1508. Mag. Joza de Bovon Comes Temesiensis ad fluvium Darda castra metatus est vigens

1510 Vigens terremotus aliquot domos demolitus corona facta est. 24 Novemb.

1514 Ludovicus natus annos 10 eligit in regem, regnat annos 10.

1525 Cruli contra Johannem Vayvodam insurgunt.

1523. Magni terremotus facti sunt Moritz Rex Vladislaus.

1529 d. 27 Sept. Solimannus cum 140000 Turcarum viennam obsidet

1531. Terremotus factus est vicibus duabus Coronae.

1541 Buda civitas per fratrem Georgium Turcis tradit.
Mag. Stephanus Maylath a duobus Vayvodis vicinis
captus in Turciam captivitatem abductus moritur
Gelath 1551. Eodem Anno Ff Transsilvania in potestatem Ff. Austriae
bellis devenit cui [illegible] est cum filio anno 8.
1542 Locus Turcis inglens copiis per totam Transsilvaniam molitur
1550 Elias Vayvoda Moldaviae cum Turcis erumpit in Liculiam
tritici atq pecoris magnam abducit predam multi trucidantur, abiguntur a Turcis ad quinque millia hominum
Sabinitium Brumed.
1553 7 Regina Isabella cum filio ex Transsilvania in Poloniam
demittitur Joh. Baptistae, Castaldus, Lanuginosi, Hispanos,
Italos &c.
1553 Obsidio Castri Belthelem in Transsilvania.
1554. Pestis per totam Transsilvaniam grassatur.
1570 ad vesperam Dei misere inter horam 8 et 9 postmeridianam
frater a fratre, latera pugione aperto interemtus est. Filii
erant Joh. Sartler Coronens. Junior interfecit seniorem cum
ambo bene gnati fuissent. Occasio discordiae erat orta, ex quaestione
alicuius litis Turbo gravissimus, accepit interfectus Michaël
nomine ab interfectore Paulo vulnera 5.
1549. Joh. Honterus vir eruditione et scientia mortuus Coronae.
1600 Cibinii magnus conflictus fuit ad editionem edicti cum Jacobi
dolose interfecisset Michaelem Vayvodam atq 7 Vayvodis in-
terfecti sunt cum multis aliis.

6. Calendario Eberi quod ex legato Andr. Oltardi ad scholam nostram B. Virginem pervenit, stipendia monit. ~~[illegible]~~ ejusdem mutata.

Jan.

22. Jan. 1570. Ad vesperam dei missa inter horam

29. Jan. 1579. Joannes Hontenius Vir eruditione eximia mortuus Coronæ

28. Jan. 1576. Legatio Polonica cui præerat M. Joannes Carlo Palatinus Cubliensis venit Medgyes offerens Regnum Poloniæ Vayvodæ Stephano Bathori.

25. Jan. 1605. Synodus ~~est~~ celebrata est Medgyesini in ædibus parochialibus a R. et Cl. Viro Matthia Schiffbaumero Pastore Dicth.

25. Jan. 1579. ~~Sacerdos exspiravit R. ac~~ M. Valentinus Vagnerus creatus in Pastorem Coronæ.

30. Jan. 1570. Scribit Oltardus hæc: Publice ritu confirmatus sum in Pastorem Ritus Præpositi a M. Dno Martino Berzovitio Medgyesiensi Ministro Ecclesiæ Dei fer. 7. Qua die et M. D. Christophorus Bathori apud me hospitatus est.

31. Jan. Ego Martinus Oltard natus sum A. 1546 horâ 12 meridiana.

8. Feb. 1576 hac die publice proclamatus est Illustr. Princeps Steph. Bathori, Rex Poloniæ, Medgyesini A. 76 accessit ad officia fratris Senior Christophorus Bathori et in Capitaneum electus est Christ. Haggimasi.

Feb.

10 Feb. 1607. Hac die communi suffragio electus est in Superintendentem Transsilvaniæ Claudiopoli M. Sigismundus Kakasius.

12. 1579 Moritur Lucas Miles inter horam 5 et 6. Vespertinam.

17. 1614 Eligitur in Superintendentem ab Alma Universitate R. et Clarissimo Viro D. Barbarias Veyrauch Pastor Birthalbensis Medgesinus.

18. 1614 Restituitur Chronicum Saxonicum per Illustrem Principem Gabrielem Bethlen

et malo magno [illegible]

28 Feb. 1602 Confirmatus sum in pastorem Kisselk a Mgfco Dno Pancratio Szekei Cancellario Almi Georgij Bassa Medesini.

Martius

2. 1592 Anniversarius gradus doctrinae Christianae mihi Vir. D. Georgius Melas Pastor Cibiniensis, hora 2. pomeridiana. Ætatis suae 55.

4. 1612 Brucedati Mediesini Intersectus Gabrielis Bathori.

6. — Ligia mundus Bakoczi Princeps Transilvaniae valedicens Regnicolis Hungariam reliquit, ac successit Gabriel Bathori.

12. 1510. Hac die Cibinij magnus conflictus fuit ad Sedtrunen cedes cum Bakssi interfectus Moldaelem Vayvodam, atqui eadem Jupiter Vayvoda interfecti sunt cum multis aliis

13. 1601. Synodus habita Mediesini, in qua electus est D. et Clarissimus Vir. D. Matthias Schiffbaum Pastor Birthalbi in Cyrum. hor. 12 pr.

14. Mart. 1577. Hac die e vivis excessit Inclytus Princeps Joannes II. Electus Rex Hungriae. Ad horam 3tiam natus nam postquam ea ipsa die plus quam tricies morbo comitiali conflictatus est.

16. 1598. Hac die Ego M. C. C. [illegible] Mysnam Doctoratus officio fungebar.

20. 1590. Vocatus sum in Pastorem Ecclae Mediensis.

Hac die mortuus Rdus Vir D. Laurentius Kisch Pastor Segniensis. 1602.

31. 1556. Combusta est fere media pars Civitatis Albiensis inter 1. 283. horam vesperiam

Aprilis.

1. Hoc die dolose nite fectus est ab deflagratione Civitas, qui quasi Causa efficiens putabatur Illustris Vir Johannes Roth. Judex Regius hujus Civitis Cibiniensis. 1556.

2. M. Martinus Breslacus, Furstenbergius, Coronator Cibiniensis placide in Dño obdormit. Anno 1588. horam p.m. 8. 1587.

Presentatus est Olahrdus in templo orientali ad suscipiendū ministerium Dñi in eadem ecclia. 1589.

9. Media nocte precedente hanc diem moritur. D. Michael Siglerus Pastor Insulanus. 1585.

12. 1587. Moritur Cibinij Petrus Celinmeus Coron. Pastor Insulanus apud quos nondum biennium complevera.

13. 1578.

22. Aprilis. 1607. Hoc die expiravit Nobilis et Amplissimus Judex Regius Cibin. Albertus Hutterus, postquam fuisset in officio Judicis Regni Cibiniensis annos 30. etatis ae. 70.

23 Moritur R.ac Clar. Vir. D. Petrus Lupinus Pastor Cibiniensis. 1597.

Majus.

9. Moritur ac in vera Dei agnitione placidissime expirat. D.V.D. Joh. Oltardus Pastor Libinsc. hujus Ecclesiæ 11. Majj horis antemeridianis 1630 Andreas Oltardus filius major tristissimus scribebat 1630 29 Junij.

19. 1601. Georgius Katz ex parte Cæsaris ad Mediesinum cum suis copijs perfistens, nocte precedente clam contra Hungaros Scultetj repetitos hora 2 antelucana versus discipat et tormenta bellica abduxit.

21. 1616. In Dno placido expiravit, Cl. et Doctr. Vir Petrus Besoldus Pastor Libinensis. A. 1616.

22. 1553 Inchoata est ordinatio Ministrorum Eccle in Ecclesia Libinensi Superintendente Paulo Wiener. Pastoris ibidem vigilantissimi.

23. 1571. Terræ mandatus est Johannes Pastor

30. 1594. Moritur. J. Martinus Praetorius Pastor Requinensis.

Iunius

8. 1580 Moritur Nicolaus Pastor Insulanus, cui Cecla successit ad annum 375 aetatis suae 70.

1566. 17. Hac die Joannes II. venit in Turciam una cum suis nobilibus et aliis

29. 1566. Hora decima noctis precedente hunc diem horrenda tempestas cum continuis coruscationibus suis, atque ad tactum horae pulsum turrim superiorem aquam versus Albe Iulie percussit, in qua ultra 350 thoma pulveris tormentarii fuerunt, qui precessum molem hanc dissipavit dejecit, multos homines equos et alia animalia interfecit. nec ulla domus in tota urbe fuit quae non hujus mali damnum sentiret.

30. Iunij. 1600. Hac die Sekel Moyses stipatus Turcarum Tartarumq; copijs 18 ad flumen prope Medgies castra posuit.

Julius.

2. 1602. Venit Excell. D. Georgius Basta Albam, cum pacificè regnum capessere nequeat, necessitate coactus versus Ungaros proficiscitur, in quibus casus cum Sigismundo aliisque proceribus de regni comodis omittat.

4. 1610. Decolatio Balthasar Kornis. Claudiopoli.

1598. Vocatus in pastorem a Nedeschensibus D. Matthias Schiffbaumerus Pastor Kisfolk. A. 1598.

9. 1611. Finis conflictus Vaywoda Transalpini, stipati polonis cum S.P. Gabriele Bathoreo, qui

10. 1617 Celebrata est generalis Visitatio Kisfolkini Capituli Folk. a D. et Clarissimo D. Zacharia Hausmanno Superatore Provinciali Saxonum.

11. 1605. Moritur Joannes Benknerus Judex Coronensis.

14. 1596. Legatio Turcica solitis splendida advehunt vexillum M.D. Christophoro Bathori Vaivoda Transilvaniae

17. 1602 Jekel Moyses Primipilus Transilvanicus sed postea vocatus, in Barcia cum copiis Principis Transalpini Raydut Vaivoda belligerans, confossus casusque occubuit.

20. 1526. Hac die egressus est Ludovicus Rex Ungariae ex Buda, ad conflictandum cum Turcis, qui tandem miser interiit.

Augustus.

1. 1632. Moritur Mis. Lutheri Consul Sabinensis, postquam summa omnium sui cum laude consulatum præfuisset. A. 12. set. 62.

3. 1691. Conflictus Sigetmundi cum Germanis penes Semlin, fugato Principe ipsi Germanis imperium cepisse.

9. Synodus habita Medieschini A. 1620.

12. 1612. Interfectus Andr. Nagy Albe

19. 1603 Interfectus Mis. Vaivoda, magnus latro, tyrannus, penes Rodam

30. 1611. Hic duo vitæ periodum absolvit R. et Cl. Vir. D. Matthias Schiffbum. nensis Pastor Birthalben. et Superintend. A. 1611.

30 1603 Moritur Leonhard. Batilier.

Septembr.

4. 1602. Venit una cum exercitu in gentis Mediesinum Serenis. Princeps Stephanus Botskay, uti de regni comodis consultaret Comitia & subscriptor dies celebrandi.

6. 1566. Obiit Solymannus 12 Turcar Imperator in ea peditione contra Germanos, ad oppidum Sigethum, anno ætatis eor. 66.

P. S. P.

Pannonia terror, La Cede, Sol Mantus et orbis

In Delta Colo febre recubus obit.

9. 1526. Vrbs Buda a Turcis bestiis capta est.

15. 1559. Isabella Segismundi Regis Poloniæ filia, ex qua genuit Joannis Regis Hungariæ, superstite relicto filio, [illegible] Albæ Iuliæ hoc die moritur. Ad meridiem diei sepelitur. Vera Miscellan. 8.

Ort.
Non potuit grā virtus præstantior addi
Nec dotis quibus hæc Diva Isabella nitet.
Edidit infantem. Dani de sanguine Regū
Quo duce Panonij secula tuta gerant.

18. 1600. Hoc die per literas Michaelis Vayvodæ a nostratibus quibusdam Ex. Dd. scripsis Bassa cum germanis in auxilium venerat victus ad plenum Scodr in fugam se se conjecerat.

Octobr.

2. 1582. Occidente sole hac die e vivis evocatus M. Joannes Aurifex Pastor Abrij, cui vita fuit p annos 11 varia fortuna functus.

8. 1605 Hajdones hac die sub Capitaneo Stephano Tököl in pristinos Stolzvarinos Kisfaludinum venientes plurquam 200 H. damnum intulerunt.

16. 1566. Tetrus obijt Solimannus Turcis Imperator 12 in ordine postqm vixisset annos 66. menses 7 dies 20. Iste obitus Solimanni perscriptus ad 6. Septembris.

16. 1479 Hac die l. Adrianus ante, vs feliciter regnet nemini, ne cuique regnis casa sunt Grove Turcis a M. Duo Stephano Bathori ~~de~~ occupati Dñs

16. Pestini die pugnatur Cronensis
gravissime Michael Albinus Dux Cronens. A. 1612.

17. 1551. Ex insidijs Hispanis, qui missi erant a rege Ferdinando ad separationem Hungariæ contra mentem Turcicam, confossus est R. Dnus Thesaurarius Frater Georgij Cardinalis, Episcopus Varadien in castro Alvinitz. + Georgius martius de Dalmata.

28. 1619. Turpissime interfectus est Gabriel Bathori per Joannem Hillari Gregarium Cadany et octavos Hajdones Varadini intra 24 pomeridianam.

26. 1599. Fuit conflictus principum Andreae Bathorei cum Michaele Vayvoda Transalp. penes Cibinium, victor Andreas fuga sibi consulere coactus a Scuto intersfectus.

November.

5. 1560. Jacobus Heraclides Despotes, Moldaviae Princeps, Vir eruditione admirus, ac multis heroicis virtutibus clarissimus, cum regnasset duos annos, domestica proditione circumventus, post 3 mensium obsidionem, miserrime trucidatus est. Johanne, Josepho Stephani quondam ejusdem fratre, gener et ejus haeres belatus funesto honore, Alexandro per Turcos restituto in Polonia capite plectitur est.

Despota fuit VI annos hostil. 21 obiit anno Novembri. J. S. P.

7. 1570. Hac die inter horam 11. & 12 meridianam pars illa ad occidentem vergens urbis Cibinij, dum de Feltheu Gasse &, Schmiede Gasse und unter dem Berg die und Burger Thor, igne consumta est. aliquot turres et parte muriid. et una cum aede anno 21 Martij aliquot horrea in circuitu, ut vocant, magna, consumta igne sunt.

11. Novemb. 1603. Valachos genus astutissimum Kryptolithium urbi reverens

10. 1619. Synodus Medisiensis habita a R. D. Cl. Nic. S. Superintendente Zacharia Fabricio.

15. 1617. Visitatio specialis instituta in Capitulo Selk.

17. 1583. Cometa nova stetit Cibinij in circulo minori occidentali ad horam XII meridiei. cum quo simul decidit David pictor nec non urbis vicarius cum Domino decid.

22. 1602. Mortuus R. atq; Clarissimus Vir M. Lucas Vogberus Pastor Birthalbensis, cum 23 annos Episcopatum egisset, satur dierum, cujus resurrectio sit exspectanda. hor. de R. ponderibus.

1602. 28. Obiit naturae debitum Vir spectatae eruditionis Georgius Mylbrota. Rector Scholae Cibin.

Decembr.

28. 1609 Hac die sub pretextu Tutelæ Principum Gabriel Bathor ingressus armata manu, factus perjurii, occupavit urbem, qua re ipse et origo calamitatis

Pastore Christiano Lupino, Consule Gallo Lutsio, Judicibus Regio Daniele Liberato Petro Georgio Hungaro &c.

29. 1605 Hac die Illustrissimus Princeps Stephanus Bathori et Georgius Mako Arx Segesvar vel Albaejuliam a Kosacis Lutheranis capta conservata direptaque est.

30. Hunc diem refert Sleidanus Cedem fratris Georgii Marcinensis Dalmatæ Cardinalis et Episcopi Varadiensis Lib. 23 fol. 431.

Moritur Dr. Nicolaus Hamerus Pastor Cib. 1616.

28. 1606. Moritur Casovia Deutschius exhinctus a Stephano Katay Cancellario &c. missis Stephanus Botskay, et 1607 die 22 Febr magna cum pompa Albæ Juliæ sepultus.

1560 obiit Solymanus Imp. in expeditione contra
Germanos, ad oppidum Sigetum. cum vixisset annos 66.
R.I.P.
Pannonia terror Lachera, Solymanus et orbis.
Infecta e Cadaveribus ne Cadus obstat.
1526 Urbs Buda a Turcis capta est.
1567 Moritz Mart. Söllner Senior Urbis Libinensis.
postquam in sacerdotio fuisset Annos 59. Anno enim 1508
ordinem perhibent literae testimoniales in sacerdotem creatus est.
1557. Equites Hispanos qui missi erant a Rege Ferdinando, ad defensionem Hungariae contra incursiones Turcicas perfossus est R. Dnus Restaurarius Fr. Georgius Episcopus Varadiensis in Castro Alvinz.
1563 Jacobus Heraclides Despotes Moldaviae Princeps
Vir eruditione excimia, ac multis Heroicis virtutibus clarissimus, cum regnasset duos annos, domestica proditione circumventus, post 3 Menses obsidionem miserrime
fraudatus est Cyzanici, jussu Stephani quaestoris ipsius
frumentarii quibus ipse, brevi laetatus funesto Hungore,
Alexandro per Turcos restituto in Moldavia capite plexus
est. R.I.P.
Despota Vir Nomen hostibus Gothis erat Novo Mbris.
Novembris inter horam 11am et 12am Meridiana pars illa ad occidentem vergens
urbis Libinensis a platea Aldana, Lanienum item usq; ad portam Cibinum
igne consumpta. 1569 obiit Paulus Eberus paulo ante horam 10 matutinam.

1655.

Georgius Carsoris A. 1655 Vitebergæ ~~obiit~~. d. 20 Aug. obiit. Patre ejus
Jebrio Carsoris Pastore Vis ~~Corrector~~. Studijs Cibinij; posea in Gymnasio
Albensi ac Demum Vitebergæ operam dedit. 2do Ved: Sermon. & in Synaxi
ejusd ab Abrahamo Calovio celebratum et Andrea Ottavio Pastori Cibinij
Capli ejusdem decano ac Gymnasij Inspectori. dedicatum

& Matre Margaretha Budegeriana
& ubi Philosophiæ et artium liberalium studijs incubuit.
Versus funebrales eum posuerunt ibidem degentes.
Georgius Lintzing. Christ: Gartner Cibin: Petrus Fignius Cibin. Johannes Mallen
dorff. Cibiniensis et Johannes Hunyadi Cibin. Transilvani.

Der Unrath
Druck { Ungrischer / Siebenbürgischer } Lernt nicht.

Der
Uhrsachen
der unruhen Ungarischen Chronic, darinne von David Frölichio Ann. Cibin.
Mayr, Rect. der Cibinischen Vatter
Mathematicus rühmlichen gelebet u. zu
Rect. Cibinischen, darinnen zu diesem
zu diesen, und andere Druckereyen Ungern, wie ausführlich in Siebenbürgischer Historien
zu Vorschein gekommen ist.

Jedoch ist zu Leutschau in Ober Ungern bey Georgen Brewern 1641.
Chronicon Hunnicum Ungrische Bücher die in diesem Traktat proponiret u. explicirt werden.
Ungrische Bücher so in Ungern gedruckt worden.
Ungrische Bücher so in Siebenbürgen gedruckt worden.
Ungrische Bücher so in Ungern und Siebenbürgen gedruckt worden.

In Bibliotheca Cibin. exstant Tabulæ Chronologicæ; quibus inscriptum
est nomen Bartholomæi Fabritii adjecto Ao. 1679. qua manu totum
libram notulæ, multæque ad Hunnicas res pertinentes adjectæ sunt,
et cum Chronologia A.C. 1600 finiat. Idem addit Continuationem ad 1671
annum usque.

Foelix Connubium Illmi Celsissimi Principis Georgii Rakoczi junr. D. G. Principis Transilv. Partium Regni Hungr. Dominique et Siculor. Comitis cum Illmâ. Sophia Bathori filiâ unica Andreae Bathori. Albae Iuliae celebratum. Ao. 1643 3 Febr.

Cosmographia Sebastiani Munsteri. A 1540. Lusel. Ved. cum mapp. Ved. pag 573. Turmairus lib. Ungaricus Virtemb. 557.

Georgius Klotzner 1615. Sigismundus / Iste liber est conventus Albiensis ad sanctam crucem ordinis fratrum Predicatorum ex libris Dñi Sigismundi Plebani Appoldiani, in libro Sermonum Leonhardi Deutsch. Dominus a petens Plebanus in Pulg monte hunc librum cum aliis libris contulit fratribus ordinis predicatorum ad conventum d. &c. in Cibinio pro memoria. 1531.

1743 Geysa II Duc avus Andreae Regis Lascones evocavit in Transilvaniam
1233 Tartari primo vastarunt Hungariam. 1336. Tartari denuo Hungariam vastarunt et in Transylvania septennium morati sunt. 1387 Sigismundus eligitur in Regem Hungariae, in Caesarem Anno 1410 regnat annos 27. sepelitur Waradini. Eodem anno templi Coronensis structura urgetur. 1396 Sigismundus infeliciter pugnat a Turcolum contra Bajazetem 28 Septemb. 1397. Valachia, Transia, Moldavia Duce Stephano Vaivoda tumultuantur contra Sigismundum. Ao 1409. Mahomed 6. imperator Turcarum Serviam, Valachiam et partem Sclavoniae occupat.
1421. Amurathes II Imp. Turcar / vulgo Murathbeck / Seerarum Barcziam invasit, Senatum Coronensium abduxit, vesano populo in arce montis conservato.
1427. Sigismundus Coronae existens Transis mandat structuram sacri aedis in Kesty. hinc profectus ad Episcopatum Strigoniensem castruendum
1430 Sig. mortuo Dan Vaivoda ingreditur cum Transis Transalpinam pugnaturus cum hostibus.

Martini Zigleri Coron. Littera ad
Clariss. M. Martinum Kelpium exa-
rata A. 1684. Dresdæ

vid. Huyud. diss. de
Natalibus Sap. Cap. II.
§. XXIX.

Qua de origine Saxonum in Transilvania, in disceptationem vocari solent, ad duo potissimum capita referri possunt, quæritur enim: Unde Saxones illi originem habeant? et quando, quave occasione, ad illa, quæ nunc habitant loca pervenerint? De quibus ut ordinate sed paucis agam, præmitto tres potissimum circa has quæstiones reperiri opiniones: quarum una ridicula et culpabilis altera speciosa et probabilis, tertia tutissima et probabilissima videtur. Singulas stricto calamo percurram. Ridiculam dicit primam: fabula siquidem, quam historia similior est, si examinetur, adeoque tædet fere eam recitare. Navant sulicet quidam, Saxones Transilvanos ortum suum debere Saxonibus Germanis et in specie Hamburgensibus, sedes suas ultra Albim et Visurgim tra-
hentibus, quorum liberos ferunt
numero

numero non exiguo ab internali
Tubicine s. negatam, pro locatâ in
educendis muribus operâ, mercede
ultro: circa Annum Christi 1284.
in festis Johannis et Pauli, dum
parentes sacris vacarent, fraudu-
lenter evocatos, et in proximam
vallem deductos esse, insitis Hamlen-
sibus, ubinam locorum liberi ipso-
rum maneant, cum reversi amplius
non sint. Tandem lapsu temporis
innotuisse, quod eodem plane ex hu-
nō et die pueri tales in Patriâ
nostra, quibus una cum Hamlensibus
lingua, reperti fuerint, unde col-
ligunt, illos per ipsa terræ viscera,
ope Dæmonis traductos, et in his
locis depositos esse. Cui fabulæ fi-
dem ex annalibus tam Transmon-
tanis quam Hamlensium facere conantur.
Primus figmenti hujus fabor, cui
suffragatur, dicitur Erichius Fenen-
sis, nisi fallor, et ab his tota fere
Germania s. si vulgus intelligas:
delusa, ut fabulam pro historiâ vera
acceptaret. Sed miror quibus ratio-
nibus

bus

bus indutus Hirchevus, solida alias
et multa eruditionis, non modo assen-
xerit huic sententiæ, sed suam etiam
fabulam et divulgare non dubitaverit.
Ego quidem illa, quo anilis solent
fabulæ loco habere nullus dubito,
cum nullâ prorsus ratione probabili,
nullâque authoritate nitatur. De eo
autem nunc non disquiram, utrum
revera et quando exitus ille puerorum
Hamelensium contigerit, quando quidem
multi, magni nominis historici, de
eo valde dubitent, pauciores nonnul-
morent: Schoekius certo pro comperto
venditet, ipsum Exitium, remittet
in medio relinquentem, salvo hoc
nomine credatur; illud solum examina-
bo, quâ veritatis specie Hirchevus asse-
rere potuerit, pueros illos per terræ motum
cuniculos in loca illa, quæ nunc nomi-
ne Transylvaniæ veniunt, devenisse,
ibi consedisse, et nobis Saxonibus or-
tum dedisse? In Chronicis Transmon-
tanis id legisse dicit, sed nec verba Chro-
nici hoc allegat. Unde istud accepit?
cur locum, cur authorem ejus non com-
memoravit? Fundamento falso, fal-
sum est quod superstruitur. Quod
si communem vulgi opinionem in
subo-

est, quam ideo historici et multi
non contemnende defendunt, inter
quos Goerfner ad Cant. pag. 324.
Klamut. et in descriptione Franniæ
Pontan. Epist. IV. Verum Turcarum.
Abr. Ortelius Tab. Geogr. XLIII. Bonfin.
Dec. I. Rerum Hungaricarum Lib. IX.
Ritsaimerus & Chronicum S. nisi fallor.
Freybergense 15. Tedhis omnibus oppo.
ni posset, quod alii historici de istiusmodi
Saxonum in Daciam transportatione
non modo sileant, sed quidam disertis
verbis asserunt: adhuc ante Carolum
M. gentem illam ibi coluisse, uti scri.
bit Magnus in Geographia sua
Franniæ, Blondus, & alii que. Quidam
vero translocationem illam in fabu.
lis habeant, de quo vide Carion Lib.
IV. Chron. et Cluver. Libr. III. Germ. antiq.
Istas translocationes Saxonum a
Carolo factas: at eos non Franniam,
sed Belgium, multis ab inde terris ab illâ
divisum transportatos esse, dicit,
subscribente ipsi et Aemil. de rebus
gestis Francor. Nec dissitendum
est, ipsos etiam Franncos hac te.
nere opinione, quod Germanos ha.
beant majores: quorum etiam
lingua

lingvâ utuntur. Et meminisse, cum domi adhuc essem, in Chronico quodam Sprenneri, de Saxonum in Britanniam adventu quidpiam legisse, sed quo anno recontigerit, interclusus fumus. Est heuti nostratium opinio, sola fama suffulta, pravis tenax, quale mendacium vetustate juncta Maronem vel eo amarescio linguæ quæ ad rei tam incertæ demonstrationem non sufficit, mutilum; ita etiam Chronographis temere credendum non est, nisi auctoritate historicorum fide dignorum assertiones suas fulciant. Ad hanc opinionem et ista reduci potest, quod aliqui Saxones putent, non quidem a Carolo M. in Daciam missos, sed Romanorum eremi temporales tunc temporis nihil curis in istam habeant, ubi loquitur Cluv. citat. unde nec Colonias eo mittere potuerant: sed sua sponte, vel ex belli aviditate, et melioris sedium desiderio, ubi putat Cels. Mercat. Tab. Geograph. p. xx. vel in auxilium vocatos, vel solicitatos a Regibus Daciorum, eo migrasse. Ad quod quasi vulgatam sententiam confugisse dicitur, tempore adhuc Feyæ

Regis

Regis Hungariæ, cum Tartari Daci,
ab nostram non tenerent tantum,
et vastarent, sed Hungariam insuper
incursionibus crebris vexarent. Quæ
cum Saxones distinctis proeliis inel-
sent, et loca illa ab hostibus capta
gassent, Regia remunerationem locabi
auxilii Transniam esse voluit, eamq;
Saxonibus cum solennibus immunitatibus donavit, quam isti etiam loci
fertilitate incitati cupide acceperunt,
urbesque illas septem, a quibus septem
castrenses dicimus, condiderunt. Illa
censet cum Bonfinio Iuanus Lib. II.
Historiar. Sed præterquam, quod Bonfinius hic sibi contrarius est, et
Iuanus cum ea conjecturâ sequitur,
ipsum etiam congelandum venit, præ-
dictam Tartarorum irruptionem in
Daciam, non sub Geysa, sed sub Bela
IVto. Stephano IV. et Ladislao III. Regi-
bus Hungariæ, adeoque anno 1270-80.
contigisse, ut ante seculum XII. jam
fuit, imo tempore Caroli M. Saxones
in Transsilvaniâ fuisse dictum est, et
Geysam anno 1000. Regem factum con-
stat. Unde dubia valde est hæc opi-
nio. Si vel maxime detur vexatos

esse

veram esse eam; tamen dubium illud adhuc remanet, quod Saxones auxiliatrices illuc profecti, non potuerint sibi consi-
dexare, tum liber populus non amplius
essent, sed Imperio Romano subjectus.
et quis Principes copias suas de supple-
tas alteri missas in terra peregrina
sedem figere paterentur, praesertim
si jura in eam nullum habeat. Et quis
credat incolas primos advenientibus illis
leges meliores esposse, cum eas colere
ipsi potuerint? Quandoquidem igitur
opinio haec, caeteroquin favorabilis,
gravibus adhuc difficultatibus premi-
tur, nec sufficientibus autoritatibus
nititur. Plane veritatem eamque
fulcissimam sequi, qua verum est,
qui Saxonum originem a veteribus
Daciis, horum autem a Getis arcessunt.
Fuerunt autem Getae vel Gothi, ut alii
scribunt, gens bellicosissima, rebusq
gestis celebratissima; quorum primam
Patriam in Borealibus olim fuisse:
Procop. de bello Vandal. Jornandes de
Goth. orig. cap. 2. Crith. Lib. 1. Annal.
Pub. Cagnus lib. X. de migrationibus
gentium, Andr. Puscus in Ab- - -

aliique.

alique veterum complures testantur. Ipsi populi eum et aevi nimis habita-
rent, et meliores sedes affectarent, ut
erant ferissimi et inquietissimi, loco
sui egressi, ad Pontum Euxinum deve-
nerunt, ipsis Getis mixti, in Thraciam,
Mysiam, Pannoniam ipsamque Daciam
effusi, crebris incursionibus eas ter-
ras tantis per vexarunt, dum rerum
ibi potiti, sui generis eas fecerunt.
Unde sunt qui Getas et Getos pro
populis iisd. habeant, eosque confun-
dant, quod Gaul in primis Prascius
in Chron. suo gestorum in Europa sin-
gul. auctoritate Ab. Spartiani, Crosii
et Procopii nixus, vocabulorumque af-
finitate motus. Sed diversam Getarum
a Gothis gentem fuisse, Cluv. Lib. III.
Germ. antiqu. Cap. 34. Rhenanus prof.
ad Procopium evidisse demonstrat, con-
sentiente in Historia Chron. XX. pagi-
na. 193. Ab his ergo Gothis, qui post
modum et Getæ, et Daci, et multis
aliis nominibus promiscue apud hi-
storicos insignirebantur, Saxones
in Francia sum ducere et duxisse
originem probari potest, sequentibus
rationibus: quia tum vetustores gra-
vissimi id sentiunt, inter quos
primo

prima nominandus Petrus Bertius
Lib. com. rer. germ. Cap. 2. dissertis verbis
asserit: Germanos nobilissimum Europæ
populum a Dacis originem habere, at
Germaniam nomen a Dacia venisse, nun-
quam scio. Quodsi igitur Germani ipsi
sunt Gothi gente, uti Samoscius de gra
certissimo habet, in Origg. cur non multo
magis Incolæ Daciæ præ reliquis Gothorum
nam haberentur. Bertio subscribit Sario
in Chron. Lib. III. de rebus gestis Caroli M.
qui Francorum veterum Dacorum et
Gothorum reliquias esse non dubitat.
Insuper fabulosum esse dicit, eo illos per
Colonias deductos. Conf. Magnum in
Geograph. sub Francia. Philipp. Melanchth.
Liberum relat. var. Ep. aliique. quia
secundo: Franciam veterum Dacorum
fidem fuisse apud eruditos in confesso
est, jam ergo trium illarum Nationum,
quibus nunc habitatur, unam
illorum posteritatem esse, necesse est.
Non autem sunt Hungari, quippe qui
Hunnorum populi sunt, tardius
ea Pannonias in Daciam pervenerunt,
Neque Vallachi; ipsi enim devicto
primum Decebalo, illuc venerunt, ibiq
permanserunt; ergo Saxones pro
Posteris

Posteris Dacorum habendi sunt. Id quod
tum ex ipsâ etiam vocis Dacorum ra-
tione colligi potest, Saxones nostri ve-
nacula suâ sese Dessehen, Dassehen,
Dessehen vulgo appellant, Germani ipsos
per contemptum Mucker, Mucker, Mosse
audiunt, quod non facerent, si pro majo-
ribus suis nos olim agnovissent. Dein-
de ex et illud omittendum non esse,
Germanos et Dacos pro distinctis popu-
lis, a quo immoderare illi coeperunt, sem-
per fuisse habitos, uti ex Tacito con-
cludit Cluverius. Nec admodum impe-
tinenter ex hac quia a diversitate cultus
corporis, morumque, uti etiam innata
quadam ἀντιπάθεια, quam Tranni
in Germanos fovent, unde omnibus
etiam modis eos exagitant, deridunt,
spernunt, et contemptui habent, ad di-
stinctionem originis argumentari
posset, cum illa multa faciant ad
origines gentium indagandas. Haec
sunt fundamenta, quibus ultimo
roborari posset haec opinio. Sed duo im-
primis ei solent opponi: et lingvae
et nominis commutatio: sive quod
Saxones Tranni eadem cum Germanis
lingvâ? subinde? utantur, idemqz.
nomen

nomen habeant, quod frustra sane
non sit factum, sed pro certo fun-
damento et Documento, illos ab his
ortos esse agnoscendum; verum uti
haud inficior, linguam nostram ab
inferiorum Saxonum lingua in pau-
cis abludere; ita tamen negarim, eam
de foeminiter crinei posse, gentem nostram
illorum posteros esse. Quid enim vetat
si invertamur argumentum, et illos
a nobis oriundos concludamus, impri-
mis si vera Bertii sententia, qui Ger-
manos a Dacis deduxit, et Samosii
qui veteres Polos germaniae locutos
habet pro certissimo. Id quod valde
est probabile, cum et alii auctores
germanicam linguam referant ad Polo-
cam. De quo vide Abulfed. Hist. Chron.
XXVII. pag. m. 274. Unde vide eruere
si ipsam voluerim Polos a Germanis qui
dexerim: cum prima Polorum
patria Scandia, ea quae velut officina
quadam et vagina gentium illi egressi
sunt, uti Cornandes Cap. 3. de Orig.
Polorum. Cum et nonnullis Polonis
germanice Gott vel Guttland sit ap-
pellata. Quid quod non nemo lingua
Dacorum ex Italica corruptione a
Gothis et Longobardis introducta
emersisse

emerserint conjiciat. Quod autem nostri
Saxones missos avitos Bolbasenos et Da-
corum nomine, hodie Saxones fere
dicant, ejus meo quidem judicio duae
dari possunt causae, una, quod post-
quam imperante Pannonio Geysa,
ejusque filio Stephano cognomine san-
cto, Dei, hujusce institutionibus ethnicis
nonnihil misissent, religionemque
Christianam amplexi quasi cum
Religione novâ novum etiam nomen
assumsisse deprehenderint, ut non fere
cer amplius Bolbos, aut immanes Da-
cos, sed inter Christianos fere sectatores
immixerent. Et quod adeo insolens non
est, assumtâ novâ Religione, novum
etiam nomen assumsere. Turcae, sicut
nomen ipsum infame abominantur ex ita
ex quo blasphemam Mahumetis reli-
gionem amplexi fuerint Mahumedani
vel Mahumetani quam Turcae dici
malunt. Majores ipsorum Arabes
spretâ ista Pagarenî, mox mutatâ
religione Sarraceni audire volebant.
Talem nominis commutationem et
apud Dacos nostros contigisse, quis
pertinaciter negabit? Et quia pro-
pagatores Christianae religionis du-
bio procul Saxones Teutonici, quibus
cum

cum Dacis unum eand idioma, fuerunt, hi cum illis non fidei tantum, sed et nominis communitatem susceperunt. Nec absurdum esse dicere, Germanos superioris Pannoniæ colonos, ab Hunnis et Avaris sedibus ejectos, diuturnas alias sedes quæsivisse, Dacis conterminos se immiscuisse; adeoque in unam cum istis gentem, sub eodem Saxonum nomine coaluisse, uti censet Carion. Chron. Lib. IV. De ipso vocabulo Saxo nihil dicam, cum ad institutum nostrum parum facere videatur. Conferri de eo potest Faber in Thes. de hac voce. Atque hoc de materiâ istâ obiter proluisse sufficiat. Quæ quanquam et levia et in vulgus nota sint, eo tamen gratiosa tibi Clar. Helpi fore spero, quod ab amico et cœlibe proficiscantur. Utere iis pro arbitrio tuo judicio, et ubi limam tuam addideris, correctiora remittas; ita tamen, ut iis Exemplar unicum Disputationis adjungas. Scripserim tibi in honorem aliquos versiculos, claudicantes, Disputationi subjungendos: sed cum tu istud a me non desideraveris, nolo esse temerarius. Vale.

Vos.

Obs. 1 de Auctore huius Epistolae: A. 1694. Rector Gymn. Coron. factus est, post M. Valentin. Freyschmium. Hoc munere functus usq ad A. 1705. Obiit, interturbidis quo Athenae, qua Pastor Brandenburgensis. post. quam varia conscripsisset opuscula historica nemini E. Historiam Transs. Catalogum Familiarum Hungaricae gentis maxime illustrium Saeculi XV. XVI, reperate Amico Georg. Matthia Pastore Brennbergensi.

Vtinam certe quod adhuc ad Epistolam plagii literarii crimine absolvi vix potest, quod per Toppeltinum in orig. Transs. Cap. III. p. 24. legit. imprudenter conscripsit suppresso nomine, cui omnia debebat, Auctoris, Epistolam hanc ex adversaria quo publica, vit P. Lucas Veidenfelder, Pastor quond. Mich. Montanus A. 1755. sub titulo: Litera Historico-Latina s. qua combinatio olim perscripta ad Clar. ac Eruditiss. Virum M. Martinum Felpium ab Historiophilo Transno Nomine Auctore in et Annô incerto. sm prolegô praemisso Veidenfelderus hanc legitur. Vel Oedipum, Lector doctissime, consulas oportet, si scire aveas Literarum harum Auctorem, quas mecum communicavit Ill.me Magn. Dn. de Eckershausen.

Epistola Johannis Lecusiensis ad Papam:

Beatissime Pater;

Post filialem commendationem assiduumq; prosperitatis huiusmodi
tuique de gregi dominico et Ecclesia Christi, qui se redem-
ptorem pro omnibus dedit, sentiendi voluntatem p Perlatum
est ad aures meas, fido referente testimonio, Sanctitatem vestram
in gratia Ferdinandi Boemie Regis, hostis & emuli regni nostri
manifesti bullam quandam, Christo & Vicario eius prosperandi,
quam, probris, convitiis, scandalis & maledicentia undiq; latentem
et refertam, ministerio Nuncii pii Apostolici, quem apud nos
habet, contra formulam a Christo Salvatore nostro
nobis & omnibus Orthodoxis prescriptam, in me & regna mea
circumsaeva, illorum, veram & priscam Christi fidem, non sine
multo sanguinis nostri effusione hactenus professos in publicum
edi, divulgariq; fecisse; meq; & vicinos meos Dominos etiam per cen-
suras Ecclesiasticas devinxisse & a capite nostro Deo Christo &c.
Sectos & extorres prosus declarasse. Quod factum quantum mihi
et omnibus regnicolis meis attulerit admirationis, non facile di-
xerim. Miramur nanq; Pater Sanctissime, quod cum Rectitudo
vestra asserat se a supremo coli terraq; moderatore, in sede ju-
stitie collocatum esse, ita justitiam sibi bene notam, concludendo,
in contemptum illius, cujus vices fatetur se in terra agere,
tyrannidi adversariorum meorum injustissime subjecisse. Etenim
Sanctitas vestra partes agit adversariorum, jam sedem justitie ob-
tinere ignoscetur, justitia prosus vacuam, si autem in illa sede
justitia creditur se esse collocatum, ut pater communis omnium
precipue Regum non declinans neq; ad dextram neq; ad sini-
stram, neq; personarum acceptor, neq; probis neq; convitiis & con-
tumeliis, quemquam preferens Principes, quorum corda in nem-
dei sunt, inficetari & onerare deberet. Cum enim capiat Sancti-
tudo Vestra, ab omnibus pie ac religiose coli ac venerari profecto
et honorare ipsa quoq; alios et religiose tractare ac mantenere
deberet. Audio nanq; me per Sanctitatem vestram, filium iniqui-
tatis (tam effi) falso et injuriose) palam appellatum esse omissoq;
per contemptum vero titulo meo Regali, Scimus mihi a Sanctitate
vestra inscripto. Natus enim ego honestissimis, teste toto Septentrione,
parentibus ex legitimo matrimonio, nig; Regem abs q; legitione assum-

C. pro

plus Christianissime & innocenter, quantum humana patiar fragilitas, vivendo, nescio cur iniquitatis filius merear appellari; iniquitatem enim non aspexi in corde meo. Unde providendum est Sanctitati Vestre ne ille justus Moderator omnium Beatitudinem Vestram in terribili suo judicio Villicum injustum appellare & condemnare possit. Nam quod in me agit Sanctitas Vestra non est hoc judicare orbem, dispensere Bona dominici sui, potestate ut Pontificia, que in edificationem non destructionem data est, sed cum furore in ruinam aliquorum, hominem Christianum et innocentem non vocatum, non citatum, non monitum, inauditum, incognita causa et non quemvis hominem (quod ubique grave est) sed Regem in Regno de Christiana religione bene merito, ab Ecclesie Communione separare; nec is est modus corripiendi fratres peccantes a Christo institutus. Non possum profecto a regimiscere, cum Salvatoris precepto, Pastor debeat tot oves in deserto relinquere ut unam perditam recuperet, Vicarius autem ejus tam facile tot regna a tot jam annis Christo et fanibus diaboli recuperata, quantum in ipso est perdere velle. Qualis obsecro Vicarius est, qui oribus dominici sui contrarias Annon Petrus Princeps Apostolorum Sanctitatis Vre Predecessor, multa laboravit ut Cornelium Centurionem Christo lucrifaceret, charitate Christi ad hoc instigante? Quantum S. Vra video nonnam centuriis sed pene infinitas, quantum in ipse est, a Christo separare contendit videat ne Spargatur in orbe V. S. pluris facere Romane urbis imperium, quam oves Christi sue cure credita. Quod Pastoris officium obsecro est hoc, quod S. V. mihi hanc inauditam a multis seculis inferat injuriam? Arcarum unius Principem potentissimum ad Hungeriæ detruncionem, multis verbis, astutiis et sollicitis, nihil forte tale cogitantem eduxisse. Pater Beatissime, quam longe videar S. Vre veritatis tramite (bona venia ejusdem dixerim) deflexisse. Si eam perpendere velles, ut deberes, sedens in illa sede, quam asserit justitie, qui sunt hi, qui me accusent, profecto inveniret ista conficta esse ab adversariis meis, ut mille alias calumnias, que omnia tamen condono ei, qui dixit, mihi vindictam et ego retribuam, qui salvos faciet ubi spero, filios pauperum & humiliabit calumniatores. Non ego Pater Beatissime provocari Principem potentissimum, sed provocarunt eum stulte Ferdinandi Regis Bohemie, adversarii mei manes: quibus jactitabat se Belgradum et omnes finitimas arces ab eo brevi recepturum. Provocavit eum insana ejus legatio, qua petebat a sua Majestate, Sanandrinum et alia quedam loca, quasi redderet nollet, bellum ei denunciabat. Hec sunt que provocarunt Imperatorem Potentissimum cupidum glorie, non ego, qui tunc cum hac ege

Cautu

pantur exulabam regno legitime adepto & patrimonio injustissime spo-
liatus in regno agebam alieno. Melius profecto facerent Adversa-
rii mei, si ingenue fatererentur, ut res se habet, Rebuisse Scil. se summam
cupiditatem spoliandi me armis per fas & nefas, regno legitime adepto,
avito patrimonio exemplo progenitorum suorum, qui multis Principibus
similes nitulere injurias; verum cum id non audeant dicere, nunc ea-
mis spiritualibus nituntur id facere, quod telis corporalibus nequi-
verunt. Nec miror si ipsi omnem lapidem movent, ut eorum ambitioni
satisfiat, miror tamen satis non posse S.V. quod se tot calamitatibus
a Deo sibi inflictis scituno 1527 Roma ab Hispanis & Germanis direpta,
Pontifex Clemens VII captus cives omnis generis clade vexati sunt; non
dicerit Deum magis quam homines verere, ac metuere. Meminisse
S.V. potest quoties ego, postquam ad regale fastigium D.O.M. gratia asum-
ptus sum S.V. tam per literas, tam per nuntios & omnibus Christianis
Principibus congratulatus fuerim, de injuriis per Ferdinandum mihi il-
latis, rogans & obtestans tam S.V. quam omnes alios, ne sinant me regno
avito adepto ac patrimonio, multo meorum sanguine mercato adeo injuste
spoliari: offerens me judicio cujusvis Principis Christiani mihi etsi re-
verissimi Caroli Cæsaris Fratris Germani Adversarii mei, tamen duris
hostis meus. Superior esset viribus, nullus locus daretur justæ meæ
querelæ, nec tum alienæ censuras a S.V. contra me postulabat. Nunc
vero cum ex D.O.M. misericordia, gladio corporali inferior est, justi-
tiam optat, quam ego jam pridem etiam lachrymis ab universis Chri-
stianis Principibus, ad quos propter Adversarii mei tyrannidem mit-
tere licuit, et potissimum a S.V. postulabam, illam quam Adversa-
rius meus tunc et superbe & crudeliter respuebat, jus regni dicitans in
armis et nudum regnum, verum etiam sanguinem nostrum sitiens
omnia mala, quæ potuit, fecit: cujus crudelitati si restitti, quid mali
feci? si vero nihil eorum feci, quibus isti me accusant, nemo potest me
condemnare. Existimaßem S.V. mihi accepturum referre, quod hoc regnum
optime de Christiana Republica meritum, multis precibus a potentissimo
Turcarum Cæsare obtinuerim & Christianæ Rei publicæ libere conser-
verim, quod hostis meus cum gravi onere tributi, quod literis & nun-
tiis sero tandem offerebat, a potentissimo Cæsare impetrare non potuit
potius quam S.V. illis faveret, qui non sunt veriti S.V. coram qua alii
Christiani Principes non dedignantur adorabundi procumbere indigni-
simis vinculis devinciri, nullam aliam forte ob causam, nisi quod S.V.
velit, ut ego eis, de proprio non cedere. Rogo igitur S.V. velit aliam
viam reperire et animvenire, qua Pax inter Christianos Principes stabiliat-
ur. Nam ista concordia perniciosa est et multum Sedi Apostolicæ nociva.
Redibis enim hic juste et raro vibrandus est, stratum in cali esse debet

quod in terra fit. Nam si rite hoc quoq; tempore excommunicationis vi
braretur gladius, non minus potestati Ecclesiastice subjicerentur ex-
communicati quam Apostolorum tempore contigebat. Nunc autem neg
agitari a maligno spiritu regi expirantes aliquos videmus post excō
municationem ob errorem manifestum, & onera intolerabilia, q
excommunicatis imponuntur, unde contigit ut auctoritas Ecclesiastica
in abominationem et contemptum omnium venerit. Et pars major
Germanie sub Leone X patrule S.V. defuerit ab obedientia R. Pontificis,
Velit S.V. tempore suo regiminis ut de residuo grege Christiano idem non
contingat prospicere. Lapis enim angularis, quem debemus imitari, ad
conjungendos, non disjungendos parietes missus est. Nolit me S.V. homi-
rem innocentem hac infamia notare, nolit regna mea et Subditos meos
Sathana improvide tradere, quamvis excommunicatio ista tanquam
nulla, neminem coram Deo, de jure ligare potest; ab ea itaq; aliisq;
gravaminibus proscriptis appellavi. Nihil autem S.V. excusare potest,
quod hanc excommunicationem in me et regnum et subditos meos ca-
pere ut credo intulerit, nullus enim metus debebat S.V. compellere,
et rem Summo Pontificii indignam faceret, et tam nobile membrum
Christianitatis absq; causa a religuo abscinderet corpore Christiano.
Licet ergo mihi dunquam contra S.V. delinquenti hanc nullam ex-
communicationem, non timere, si licuit meis adversariis S.V. et Colle-
gium Rom. Cardinalium post direptionem omnium bonorum Eccle-
sie ipsem vilipendere. Quam tamen ego tametsi nullam, uti veg
fidei Christiane et Sancte Sedis Apostolice cultor, contemnere nolo,
sed ab ea una cum regno et subditis meis omnibus ad emulorum meo
rum obloquia diluenda, absolutum per S.V. me declarari velim, et
ut semper fui, ita et nunc protestor coram Deo ac Sanctitate V.
ab; toto orbe Christiano, me contentum sorte mea, nec regna aut
provincias ambire cujusquam vel damnum et exitium alicujus,
redum querere sed nec optare quidem dum modo sinant me in
loco lacero et aliquin labi afflicto regno meo in pace vivere,
ac Deo et Christianitati servire. Quod si fata mea obtinere non potest,
certo sciat Sanctitudo V. me omnibus modis et viis, meipsum, regnum
et subditos meos jurag; et libertates regnorum eorundem defensurum.
Nec tamen ob hoc intendo discedere e gremio Sancte matris Ecclesie,
cui semper obedivi & filius fui et modo quog; esse volo. Caveat interim
S.V. ne si voluerit me injuste in favorem aliquorum, sede mea regi
li deturbare spoliatur S.V. justo Dei judicio, sede sua Apostolica, per
eum qui intelligit super ejenum et pauperem. Si quid autem S.V.
contra morem meum acerbius Schismam in literis meis visa reperi-
erit, id mihi vitio S.V. non vertat, qui jus meum tutari vellem.
Sed asscribat illis, qui S.V. induxerunt ad hanc injuriam mihi infe-
rendam et maledictis me incessendum. At Sanctitate V. citissimum

responsum

responsum expecto. Nam si eandem in isto huo proposito per
severare videro (quod non credo) non omittam, quin mihi et
meis de opportunis remediis prospiciam. In reliquo ut Deus
Omnipotens Sanctitatem V. conservet pro quieto & tranquillo
statu Sanctæ Matris Eccle et totius Cetæ Christianæ exopto.
cui me commendo. Datum ex Alba Regali Anno 1529 die 15
Septembr.

Credibile est Pulmer istud Pontificium et inde resultans con-
tentio, inter Saxones in Transilvania, alioquin sibi contrarios
effecisse ut in persequendis Lutheranæ religionis cultoribus
remissior sit factus.

Johannes Rex circa finem Anni 1531 ad diluendam invidiam
qua adhuc apud Principes Imperii laborare credebatur Schas-
burgo literas exarabat, easq; Philippo Hassiæ Landtgravio in-
scripsit, in quibus exposuit causas ob quas Transilvania tan-
ea sit facta tributaria. Sed autem illæ sonant.

Johannes D. G. Rex Hung. Dalmatiæ, Croatiæ, Marchio Moraviæ,
et Lusatiæ Silesiæq. Dux, Illustrissimo Principi Dño Philippo
Hassiæ & Thuringiæ Landtgravio Comiti in Catzenelenbogen,
Amico nro Charissimo Salutem et prosperos ad vota successus.
Etsi persæpe non solum literis ad privatas personas nec non inclytos
Romani Imperii Principes nostros, abunde declarasimus, nec am-
bitionem nostri, quod cum Rege Ferdinando habuimus & habe-
mus, verum insuper hoc declarandum et V. D. manifestandum
non multo post coronam Regni Dei benignitate per nos suscepturi,
delegaverimus in publico Regni nostri conventu & miseramus ora-
tores nostros ad V. Dnãoes, quod alter nunc prima hujus
regni nostri dignitate fungitur, et nunc Buda in sede nostra Regali
vices nostras sustinet, qui iter suum continuare, per præfatum
nostrum Adversarium non fuerat permissi. Tamen nunc etiam
iterum voluimus his literis nostris, de his V. D. facere certiores,
non tamen adversarii nostri calumniandi, quod ipse de nobis assi-
due facere solet, sed veritatis comperiendæ gratia Sdy Vestris
potissimum Dnãoibus, cum quibus semper ab initio desiderarimus,
ita nunc quoq; vehementissime exoptamus bonam, firmam et
fraternam amicitiam ac intelligentiam, in bonum totius Rei-
publicæ Christianæ. Res igitur breviter et vere sese habet. Exti-
cto in illo sanctissimo bello, quod toti terrarum orbi notum esse
debet, Serenissimo Rege Ludovico divæ memoriæ Prædecessore
nostro colendissimo, ubi et nos fratrem Germanum, qui nobis
unicus erat amissimus et regno hoc herede et successore legiti-
mo carente, suimus liberis suffragiis Dominor et populor in

publico

publicis Regni conventibus in Regem creati et coronati. Et cum adversarius noster Rex Ferdinandus eam ob causam commoveri cepisset, ac celum et maria miscere pararet, Regni jus et successionem sese concernere asserens, fuimus parati teste Serenissimo Rege Polonie, ubique, nostrum affinie & amico ac testibus primariis ejus consiliariis, in dicta olomucensi ejusdem Regis authoritate indicta, vel concordare cum ipso bonis conditionibus, vel jus nostrum submittere prefato Regi Polonie, et Pontifici Romano vel Principibus Sacri Romani Imperii et cuivis Principi Christiano non excludendo, imo nominatim et iam admittendo Serenissimum Carolum Imperatorem fratrem ejus Germanum parati pro quiete publica, & ita judicatum fuisset, privatam etiam nostram sortem, ex quo ad regnum vocati fueramus, repetere. Ad quod cum ille nullo pacto induci posset, diffidens fortasse cause sue, sed jus in armis esse clamaret, ad arma est ventum, quibus quid tandem ille consequi licet nos proditione magis nostri quam viribus suis simul et regno nunc et patrimonio turbarit ac infinitis preterea aliis inauditis injuriis, damnis, probris & calumniis lacessierit, totus mundus videt. Arma enim ultore & vindice deo, quæ in nos injuste conscrat in eum sunt retorta, vel nobis ipsis quos tam dure et crudeliter vexaverat, calamitatem ejus et suorum miserantibus. Nam quod nos culpa authorem facit, quam sit veritati consonum, vel ex hoc apparet. Ipse prior ad amicitiam Imperatoris Turcarum confugit, scuti literas ipsius subscriptas, per nos intercepte et ad nos delate testantur, sue quid nunc de aliis literis, manum similiter ejus habentibus, tribuendum. Cæsari pollicentibus, loquamur) quas utrasque in manibus habemus. Qui quidem Imperator, quod postea cum illo suo immenso & innumeroso exercitu in Austriam venerit, et eam stragem, que ibidem facta est, intulerit, quis alius existimandus est esse in culpa, si quis rem recte judicare voluerit, nisi illi, qui eum ad hec tot literis suis multis convitiis & atrocissimarum minarum plenis, quibus miseris Hungaris credulis, tantum non Constantinopolitani Imperii totius eversionem pollicebatur, ad id faciendum provocaverat. Nos certe nihil aliud quæsivimus, nisi regni nostri, in quo injuste vexabamur, justam recuperationem, dedimusq; operam omni, ne tanti Imperatoris gladius ulterius progrederetur, nec ea damna, quæ inimicis nostris inferebantur, sæcis oculis spectare potuimus. Quid autem postea sit secutum et quod rursus ad concordiam, jam facti ea, auxiliante Domino, et fortuna superiores, parati fuerimus V. Illustrissimas DD. latere non potest, quo etiam tempore ita se rebus gessit, ut eodem tempore, ex una parte con-

parte concordiam nobiscum tractaret, et ad quærendum caput
nostrum, ubi expugnandam sedem nostram regiam exercitus mitte-
retur, quia etiam in re justa Dominus injustos etiam conatus co-
fregit ex sua misericordia et dispersit, quæ tamen omnia licet
talia sint, quæ vel mollissimum cor indurare perire potuissent,
nos tamen a proposito pacis cum eo pro bono publico faciendæ non
averterunt, cujus rei gratia nos ipsi primo trimestres postea an-
nuas induciis ordinavimus; et ejus etiam rei gratia, postquam
peractum fuit ad nos de conventu Sirensi, statim designavimus
ad eum Conventum plures ex primoribus nostris Legatos, Consiliarios
expedit & pacis ubi adversus nostro, pro bono publico faciendo,
& ponendo ante oculos VV. VV. pericula, nisi eadem primum, de
opportuno remedio providerentur, de quo per eosdem oratores nostros
cum VV. VV. agere voluimus. Quæ quidem remedia per Nos ordi-
nata si VV. VV. amplecti voluerint, gaudebimus de bono omnium
communi fuisse, nos quidem de salute regni nostri curam cum
Dei auxilio geremus, de aliorum autem ruina, quæ nobis nipu-
tari non poterit, non poterimus non vehementer ingemiscere. Nihil
ligimus etiam esse aliquos, qui nostram causam eo nomine facere
conentur apud Principes Sacri Romani Imperii graviorem, Quod
dicant nos tributum tendere Cæsari. Quod si faceremus, nemini
deberet mirum videri, quippe cum omnibus constare debeat, in
quas miserias & desolationes hoc regnum devenerit tempore Præ-
decessorum nostrorum, ea tamen fuit Clementia Dei erga hanc
afflictam Patriam et nationem, ac etiam benignitas magni Impe-
ratoris erga Nos & subditos nostros, ut nihil tale a nobis optarit,
sed passus sit, cum id in manu ejus esset nos regnare pure & simpli-
citer eo modo & ita libere, sicut & Prædecessores Nostri divi Re-
ges Hungariæ regnarunt, sicut vestræ Magnificæ Dnationes id possunt,
si volunt, reipsa experiri, et manibus, ut vulgo dicitur, palpare.
Imo ut toti mundo notum esset Nos & Principem Christianum
et amatorem Pacis ac Dnationum Vestrarum curam agere, illud
quoq; egimus cum potentissimo Imperatore, ut Principibus Chri-
stianis nostri ritutu pacem impertiretur, de quo etiam causa
nostræ intercessionis contentus fuit et est, Quod etiam literis
suis ad nos lingua Turcica pariter & Italica scriptis, ac utriusq;
signo suo Imperatorio testatur signatis, eos quos vel Principes
vel Nationes vel cujuscunq; Status Homines fuerint, velle in
amicitiam recipere, quicunq; nobis sint vel velint amici esse,

querum literarum Exemplum W. Dnāoriby per Oratores nostros mittimus. Quæ cum revera ita se habeant, rogamus Celsitudinem Dnām, ne velint adversariorum nostrorum falsis testimoniis et calumniis locum dare, talis contra Nos & honorem nostrum inter Dnāos Vrās Hungarium; Rogamus etiam tanquam Principes Christianos, qui videat in eo Statu terminos Christianorum constitutos ut Sevuris ad vadiem positis sit DD. VV. sincere adhortantes, ut si viderint adversarium nostrum ita obstinatum, quod suam pertinaciam bono et quieti publicæ, quod etiam ejus hostis annuit, præferre velit, de acquiescant voluntate & propositionibus ejus, sed eam viam pacis amplectantur, quæ quidem nomini Christiano et vobis salutem parere possit. Quod si non sequetur et res Christiana aliquid detrimenti patiatur, testis erit nobis omnipotens Deus cum omnibus sanctis ejus et Illmæ DD. VV. nos omnis boni & quietis & nullius mali occasionem præbere velle testis. Se. Illmas Vras DD feliciter valere cupimus. Datæ in Civitate nostra Regia Segesvar Transilvaniæ die 25 Novembr. Anno Dñi 1531. Regnorum vero nostrorum Sexto.

Transactio inter Regem Johannem et Civitatem Cibiniensem tempore deditionis Urbis facta Anno 1534.

Nos Capitulum Ecclæ Varadiensis memoriæ commendamus per præsentes, quod veniens nostri personalem in præsentiam Egregius Stephanus de Matthiban Secretarius & Conservator Majestatis Cancellariæ Serenissimi Principis D. D. Johannis Dei Gratiâ Regis Hungariæ Dalmatiæ Croatiæ &c. Dñi nostri Clementissimi nomine & in persona Ejusdem Dñi nostri Regis exhibuit & præsentavit quandam literas, Prudentum et Circumspectorum Magistri Civium, Judicium Juratorum, ac Seniorum Civitatis Cibiniensis, super quadam Concordia hinc inde constituta et ejusdem observatione in simplici pagyro confectas et emanatas, sigillo majori Civitatis ejusdem, ut apparebat in fine ab intra consignatas, tenoris infra descripti, petens nos debita cum instantia, ut eas dem de verbo ad verbum in literis nostris patentibus transferi bi & transsumi, tenoremq; earundem, Dubertorem Juris Ipsis Dñi Dñi Regis Gratiosissimi cautelam dare & concedere dignaremur, quarum quidem literarum tenor talis erat: Nos Magistri Civium, Judices Juratiq. ac Seniores Civitatis Cibiniensis tenore præsentium significamus universis præsentes literas nostras visuris, qualiter inter Regiam Majestatem et eius Johannem Statilium Episcopum Transilvaniensem ac Emericum Balettæ Comitem Comitatus Hontoniensis Consiliarios ac nuntios Serenissimi Principis & Dñi, Dñi Johannis Dei gratiâ Regis

Ergo plures unus fuere Magistri Civium Rich. Consul et Decurs. Cibiniensis hodie vocatur.

Regis Hungarid, Dalmatiæ, Croatiæ, cum plena potestate Re-
giæ Majestatis ad infra Scripta peragenda Specialiter deputatos
de voluntate & consensu magnifici Dni Nicolai Tomori Castella-
ni Castri Budensis, nec non Gregiol. Dni Johannis Lazar et Mi-
chaelis Hegyesh, nuntiorum Regni Transilvaniensis præsentib3
et inter Prudentes et Circumspectos Matthiam Armprustter Cæsa-
rem, Michaelem Knoll Judicem Regium et Petrum Haller & Georgiu
Mayr Juratos Cives & nuntios nostros, cum plena potestate ad
id medio nostri destinatos, facta, conclusa & determinata est
concordia & compositio tenore infra Scripti: Inprimis & ante
omnia ut Regia Majestas ex sua gratia recipi, ac in gratia apud
Regiam Civitatem Cibiniensem & Cives ipsius, nec non villarum
oppidorum concessis cum restitutione bonorum. Item ut Regia
majestas ex eadem gratia suscipiat in gratiam suam omnes illos
qui sunt in Civitate, vel qui ex iis militaverint, nobiles & ignobi-
les cum restitutione bonorum, ita tamen ut maneant sub domi-
nio sua Majestatis & serviant Coronæ & Regno, fruti ceteri fi-
deles sua Majestatis. Item ut Regia Majestas det potestatem
ipsi Civitati mittendi ad Regem Ferdinandum oratores suos & dein-
ceps, qualiter Civitas ipsa est omnino unita & incorporata regno Tran-
silvaniæ, et vult deinceps una cum eodem regno Johannem Regem &
Eidem una cum toto Regno deinceps tanquam Principi naturali, prout
jam declaravit, decrevit et constituit, neq; postea ab illo die, neq; nunc
Ipse Rex Ferdinandus aliquem earum gentium de ipsa civitate, aly, ex-
pectet aliquam obedientiam ab ea, vel civibus ejus, ad quos oratores
mittendos constitutus est terminus quatuordecim Septimanarum, cæ-
conditione, ut vel nuncii venerint, vel non venerint, vel Rex Ferdinandus
voluerit, vel non voluerit, nihilominus ipsa Civitas cum Civibus suis
observabit unionem Regni ad fidelitatem erga Serenissimum Dominum
Johannem Regem, et neq; interim, neq; postea admittet in Civitatem ali-
quam exercitum, gentes, aut Copias Ferdinandi Regis, sed neq; ullo mo-
do jurabit, nec neq; nuntios neq; oratores illius admittet, post quatuor-
decim prædictas Septimanas finitas Regiæ Majestatis, vel Voyvoda
Regni hujus. Interim etiam Regia Majestas, nullas gentes exercitales
in Civitatem immittet. Item Regia Majestas de sua gratia respectu pau-
pertatis & oppressionis, quam passa est ipsa Civitas, concessit ipsi Civi-
tati vigesimam, ipsius Civitatis ad annos decem, ita tamen ut quandocun-
que Regia Majestas voluerit, restituere ipsis Civibus Cibiniensibus octo millia flore-
norum, tunc ipsi Cives, debeant eximere manus de ipsa vigesima. Item ut
Regia Majestas committat Saxonibus, ut concordent cum Dnis Judæis & Circum-
specto Matthia Armprustter de solutione viginti millium florenor in re-
miuum competunt ita tamen ut interim donec ipsa Pecuniæ summa fuerit
reddita toti Sedes Szeredahely remaneat in manibus ipsius Dni Matthiæ

cum proventibus ordinariis & cum pertinentiis & ad id pertinentibus loco lignorum. Extraordinarii vero proventus, si quis fuerit usq; ad tempus redemptionis, cedant ipsi Dño Matthiæ in sortem Summæ capitalis, ita tamen, ut in termino quinque annorum Regia Majestas debeat redimere ab ipso Dño Matthia ipsam Sedem Szeredahely vel medio Saxonum, vel aliter; si autem in termino quinq; annorum Regia Majestas, vel Saxones ipsam Sedem Szeredahely non redimerent, tunc & eo casu etiam proventus extraordinarii sint liberi ipsius Dñi Matthiæ post annos quinque usq; ad tempus redemptionis. Idem ut Szent Marton & Egerbegy maneant in manibus ipsius Dñi Matthiæ pro illa summa, quam impignoravit ipse Nicolaus Serendi. Item pertinentiæ Civitatis cum Villis, Oppidis & Castellis videlicet Nyrsidem & Kerekfeye = Sziget & Abbatia & Kerer cum suis pertinentiis reddantur eidem Civitati Satum. Item ut Conventus transferatur in Civitatem more aliarum conventum futurum, quod erit in Civitate Colosvariensi. Item Regia Majestas concessit ipsis Cibinienſibus, ut ipsi, ipses quatuordecim hebdomadas, exercitus Regis Ferdinandi in Bederes Regni Transmiæ, ipsum Corpus Civitatis sit exemptum ab omni contributione & subsidio dando, ita tamen, ut pertinentiæ ipsius Civitatis omnino debeant contribuere, prout ceteri Saxones. Præterea concessit sua Majestas, ut Saxones Devinceps teneant ipsam Civitatem pro loco ipsorum Principali pleno fidelitatem Suæ Majestatis, eo modo quo tenuerunt ante hæc discrimina bellorum. Super qua quidem concordia observanda tam Ipsi Consiliarii & nuncii Regiæ Majestis in persona Suæ Majestis, quam nos medio præscriptos nuncios nostros præstitimus firmissimum juramentum promittentes sub eodem juramento, ad fidem, honorem & humanitatem nostram, ut omnia & singula in hoc contracta conclusa & determinata firmiter observari volumus, imo promittimus asseveramus q; literis nostris præsentibus sigillo nostro majori et authentico roborati. Datum Cibinii in Crastino Festi omnium Sanctorum Anno Dñi Millesimo Quingentesimo tricesimo quarto. Unde nos petitionibus ejusdem Stephani Mattichnai tanquam justis & legitimis annuere consonis, ut par erat inclinati, præscriptas literas dictorum Magistri Civium Judicum & Juratorum Civium Civitatis Cibiniensis, non abrasas, non Cancellatas, neq; in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes de verbo ad verbum, sine diminutione & augmento aliquali cum præsentibus literis nostris patentibus transscribi fecimus, et transsumi facientes. Eidem Dño Dño Nro Regi, adhibitorem hui dunis cautelam communi Justitiæ bene dente duximus concedendas. Datum in præfesto Depositionis Beati Regis Ladislai. Anno Dñi Millesimo Quingentesimo tricesimo Quinto. Ex Runcschio.

Nagy szeretnék hiteles legendum arbitror. loco de legatur.

qui legat

Anno 1603 Claudiopolim ex Comitiis Albensibus deputati Paneratius Semmyei, Benedictus Mindszenti, Joannes Királyfalvi, Nicolaus Bogathi, Joannes Kenpati Melchior Bogathi, Balthasar Ilvasi, Bogathi Andreas, Ladislaus Toroskai David Veresgatay, Stephanus Kendi, Matthias Toroskai, Illik Farkas, Joannes Verfalvi Gaspar Alard, Joannes Thordai, Joannes Arjules Benedictus Simonius Cibiniensis Juratj Civis, Georgij Chek Medicus. Caterij conveniunt 8 Decembris Mensis Martij 1603 Benedictus Mindszenti Magistrum, Joannem Királyfalvi Protonotarium, Sigismundum Sarmasagi, Joannem Petki, Gallum Lutsch et Georgium Enyedi de Cibinio delegatos ad Majestatem Cesaream deputant & constituunt

Litera Lutheri ad Matthiam Ramaschi Plebanum Cibiniensem. Salutem et pacem in Domino. Obtulit mihi Tabellarius tuus, libellum de Reformatione Coronensis Ecclesiæ et totius Provinciæ Barcensis typis Coronæ excusum, quem volui ad te remittere, sed tabellarius dixit abundare istic apud vos exemplaria, voluitq; penes me retineri. Omnia enim quæ tu a me petis, in isto libro offendes melius quam ego scribere possum, placuit enim mihi vehementer, qui tam docte pure et fideliter scriptus est. Igitur hunc libellum lege, et cum Coronensis Ecclesiæ Ministris communica, illi tibi erunt utilissimi cooperarij pro Ecclesiæ Tuæ Reformatione. Nam nostræ Ecclesiæ formam diligenter secuti sunt, in isto libello ad quem & ad quos te remisi. Sum volo. Itis in Domino felicissime vale et prospere age. Amen Sabbatho Egidij Anno 1543.

Tuus Martinus Lutherus D.

Litera Philippi Melanthonis ad Eundem Ramaschium. S. D. Præcipua consolatio est in magnis calamitatibus tantum portum prospicere, videlicet intelligere Deo homines curæ esse, et recte cum invocare. Hac consolatione nos jam in his Turcicis vastationibus atq; aliis ærumnis, utemur

autem legendo arbitror

profit legat et loco cond ejus.

- Ardet Orbis terrarum communi incendio, in quo tamen
- Deus non finit penitus deleri Ecclesias, et mitigabit mala
- publica. Si enim rursus invocare discemus et idola abjicia-
- mus. De ritibus Ecclæ nostræ, audite eos, qui istos viderunt
- magis enim perspicue narrari quam describi possunt, Et
- ipsum autem sit cura, ut populo tradatur doctrina incorru-
- pta et salutaris, et quidem puerilia ad Catechesin. Sæpe
- faciendæ est. Majores enim natu, qui privatis admonitio-
- nibus indigent (sunt enim multi rudes) examinentur de
- doctrina et erudiantur in colloquio privato, quod confes-
- sionem vocant. Utrig. vero Senes et Juvenes planis et per-
- spicuis concionibus de Summa doctrinæ Christianæ doce-
- antur. Ubi prudenter eligendæ sunt materiæ, quæ prosint
- populi mentibus, ut loci de pœnitentia, de fide de Invoca-
- tione, de Cruce, de operibus a Deo præscriptis de diseri-
- mine veræ pietatis et superstitionum. Copiosius arbitror
- tibi Pastorem Ecclæ nostræ D. Bugenhagium intelligit) re-
- spondisse. Mihi et Coronensis ordinatio placet et oro ater-
- num Patrem Domini nostri Jesu Christi, ut religuias Eccle-
- siæ suæ servet, nec finat in Pannonijs et Germania dele-
- ri nomen Christi. Spero etiam illuxisse flammam Evangeli-
- ut alii pij in tantis miseriis, consolationem habeant et ut
- profit eorum doctrina, ad religionis veræ conservationem
- in hac vastatione, donec Deus iterum excitet ex his regi-
- nibus Turcas. Non enim diu grassabuntur in Pannonia
- et reliqua Europa. Bene et feliciter vale et rescribe.
- Vic 3. Septembl. Anno 1543.

Ad Eundem Bugenhagii Literæ.

- Legi tuas Literas Matthia Charissime. Vidi vestrarum Eccle-
- siarum Reformationem et Reformationem. Deus novit,
- quem gavisus sum et gratias egerim Patri misericordiarum,
- qui non desinit suos dilatare regnum Christi filijsui per Evan-
- gelium æternum, etiam istic apud vos, ubi omnia turbata sunt,
- per Turcam. Subit mihi in mentem illus Prophetiæ: Domine
- in ira tua misericordiæ memor eris: Gratia Deo pro inenarra-
- bili dono gratiæ ipsius, Amen. Formam quemadmodum ordina-
- vimus Ministros, mitto ad Te, ordinem autem sanæ & observa-
- tionis in vestris Ecclesijs non possumus majorem præscribere,
- quam vos misistis ad nos Coronæ excusum. Miror Dei bonitatem,
- quod tam sinceram doctrinam et observationem statim initio
- dedit istis Ecclesijs, et obsecro Christum Filium Dei, qui factus
- est pro nobis victima ut in hac puritate vestras Ecclesias pro-

moveat

moveat et conservet, ut instructa catechismo divinitus dato, crescant perpetuo in cognitione D.N.J.C. in quo sumus completi et habemus omnia, usq; ad perfectum diem, quando Christus abolitis omnibus, regnum tradet Deo & Patri, ut sit Deus omnia in omnibus in eternum. Reformatio Coronensis per omnia consentit nostre, atq; adeo eadem plane est, quam certo scimus esse veteris Ecclesiæ doctrinam et observationem ac consensum, de quo in veteri Ecclesia canimus ex Symbolo Niceno: Credo Unum. Ut autem confirmetis vestra et confutetis ea quæ sunt Antichristianorum, non opus est ut nunc vobis scribamus, liquidem quod fatemini, et vos in vestra reformatione habetis sanctissima Scripta post S. Scripturam Patris nostri Lutheri, Melanthonis et nostros. Breviq; quoq; ut spero post hasce nundinas accipietis integros nostros Commentarios in totam Epistolam ad Corinthios. Si quid possumus nos cooperari vobis ad regnum Christi, quod nunc versus divisatur ex ore lactentium, jubete & factum putate. Vitebergæ 3. Septemb. 1543. Hæc a Geneschio accepta.

Jacobi Pagi Helvicensis Pastaldus Marchio hoc Protectionale dedit.

Nos Johannes Baptista Pastaldus Marchio de Cusmo, Comes Palat. Secret. Regiæ Romanæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Majestat. Supremus Consiliarius, Tesaurq; Belliarq; Hungaricarq; Supremus Generalis, memoriæ commendamus tenore præsentium, significantes quibus expedit universis. Quod nos miserti & compatientes paupertati Colonorum possessionis Kelnek, in quam eidem ex incendio proxime inter eos commisso, descendere prohibentur, tum vero ut ædificationi domorum coloni illi magis incumbere possint, eosdem intra spatium trium annorum a die datarum præsentium computandorum, ab omni solutione censuum, taxarum et contributionum, tam ordinariarum quam extraordinariarum subsidiij, et Lucri Cameræ Regiæ, authoritate nostra eximendos duximus & supportandos, prout eximimus & supportamus præsentium per vigorem. Quocirca vobis, Egregijs & Nobilibus Dicatoribus & Exactoribus, quorumcunq; censuum præmissorum, nec non Prudenti & Circumspecto Judici Regio Sedis Saar Sebes modernis & futuris præsentium notitiam habituris, præmissa authoritate nostra mandamus firmiter, et dictos Colonos præfatæ possessionis Kelnek, tempore intra præmissa, ad aliquam solutionem dictorum censuum cogere & compellere; aut eos propterea in personis, rebus q, & bonis coram quibuscunq; impedire turbare aut domificare minime quam & nequaq

præsumatis. Secus non faciuri. Præsentibus perlectis exhibentes restituetis. Cibinij Sabbathi ante proximam ante Dñicam Judica Anno 1552. Ex Guneschis.

Gregorius Jung vocatus est et versus &c. dicte diuisse Greg. præsit Pastor ecclesiæ.

Cum Gregorius Pastor Schesburgensis cum Uxore & Liberis Vienbergam transiret et diuulsionem Ecclesiarum Transylvanicarum hic est: Reverendis viris pietate eruditione ac virtute Præstantibus Dn Pastoribus Scripto Dottori Paulo Ebero recusaret, simulq; eundem rogaret, ut eadem ne ac virtute Præstantibus Dn Pastoribus ad concordiam hortaretur, id obtinuit, ut D. Eberus die 4 Titulus literarum apud Pancratium p. 1118 et superiori Eccles Saxonicæ in Transsylvania Decembris in hunc modum Pastoribus nostris scriberet.

va ula, suis dominis et Fratribus S. D. Salutem virtutis titulis Reuerendi Viri, pietate ac virtute præstantes, Fratres Charissimi!

Magna commiseratione Ecclesiarum vestrarum Pancratius jam dudum affectus sum, cum audivi, eas dissidijs docentium de S. Sancta Cœna hebescere, quibus equidem libenter aliquid opis attulissem, si quid consilii ad sananda illa vulnera inuenire potuissem; et erant tunc alii in vivis, qui & auctoritate sua & eruditione nos juvare potuissent et voluissent, nisi immatura morte, vobis & nobis præreepti fuissent. Cum autem Reverendus Dn Gregorius Pastor Ecclæ Schesburgensis, hac cum honesta conjuge et duleissimis liberis suis transiret, a me obnixe petiit, ut meam vobis de Cœna Dominica sententiam perscriberem, quod cum recusarem initio, quod nec auctoritatis quicquam mea fortasse habitura esset apud vos asserebat, et quod periculosum esset, ita exulceratis utrinq; animis, aliquid in hac controversia in utramvis partem pronuntiare. Ille nihilominus instans, urgebat, ut saltem illam formam, qua ego in Explicatione doctrinæ de Salutari Cœna uti consuessem pro concione paucis annotarem, obsequutus igitur sum hominis pie petitioni, Vos, Reverendos Viros, ut æqui & candidi sitis Judices, candideq; accipiatis, quod fuit vobiscum communicatur, oro. Tutissimum est nos vos sequi formas loquendi usitatas nostris Ecclesijs, non confirmantes Papisticam Transsubstantiationem, ac uti definitione cœnæ, quæ in Examine & locis communibus posita est, ut dicamus in cœna juxta institutionem Christi usitatam, sumpto pane & vino, rebus visibilibus, exhiberi & donari, nobis verissimum corpus, quod in cruce pro nobis suscepsit λύτρον fuit, pro peccatis totius generis humani verissimum Sanguinem, qui in cruce effusus est, ut nos eo abluerentur a peccatis. Quas res cœlestes, quia nec oculi cernere possunt, nec manus palpare, nec gustus sentire, dicimus adhiberi ore fidem ἔλεγχον rerum non apparentium, sicut dicit Epistola ad Hebræos. Quæ certe statuimus, nos in cœna sumptis illis elementis, non amittentibus suam substantiam & qualitates, verissime participes fieri veri et naturalis et substantialis siue essentialis corporis et sanguinis, illius quidem corporis & sanguinis, qui omnino penetrat ipsum panem

nitus ὁ λόγος unigenitus filius Dei, inseparabili foedere in unione hypostatica, propter quam evidentiam et certitudinem participationis, Christus panem visibilem corpus suum nuncupat, et calicem, h. e. vinum in calice sanguinem suum, ut nihil differamus, nos sumptis illi visibilibus rebus, efficacia verbi Christi veracis & omnipotentis dicentis: accipite comedite, hoc est corpus meum, simul accipere verum corpus & sanguinem Dñi nostri J. C. propter quam causam Paulus Apostolus, panem quem frangimus in Coena sacrificium corporis Dñi nominat. Nec tamen dicimus ullam fieri vel substantiarum conversionem aut unionem realem, vel localem, naturalem aut durabilem extra usum ordinationis vel alligationem corporis & sanguinis ad elementa. Neq; rursus etiam Coenam inanem & vanam illis caelestibus cibis fatemur, nec dicimus nuda & sola elementa sumi, nec signorum significatum, aut allegoriam aut imaginarium corpus, sed unicum illud et verissimum corpus quod filius Dei λόγος de Abrahe & Davidis semine, imprimis de Matris Virginis Sanctificata carne assumsit et verissimum cruorem, qui ex vulneribus effluxit et lanceam, qua acerbum latus Christi est, transivit, assimamus, nobis dato ac sumpto pane & vino, modo invisibili atq; rationi imperscrutabili exhiberi & donari. Hac forma explicandi verba Coenae ego utor & usus sum in autumno, cum pro more hujus Ecclesiae partes catechismi explicarem publice. De modo praesentiae corporis in Coena ad vulgus nihil disputo nec opus esse puto, cum Paulus et revera sit imperscrutabilis, sed admodo postea alia de pio & reverente usu hujus Sacro Sancta Coenae, reverendo forsitan legendo percipiendae, cum ipsius, nam seria conversione ad Deum hoc est cum deplorratione propria immundiciae cum fide applicante sibi beneficia morte parta & sanguine Christi, seq; erigente & confirmante de remissione peccatorum hoc ipso Sacro Sancto pignore corporis & sanguinis exhibiti. Cum pane & vino & cum ostensione fructus dignorum poenitentia. Magis ego in hoc labore ut et auditores mei ipse quoq; veram consolationem in luctu cum sensu irae Dei ad versus peccata ex hac Sanctissima coena accipiamus, quam ut mysterii hujus inexplicabilia arcana, plenius scrutemur.

Est boni Grammatici Laus aliqua fateri se ignorare ut inquit Quintilianus, quanto magis decet nos agnoscere & fateri infirmitatem in his tantis rebus investigandis, quae omnis rationis captum excedunt. Quare acquiescamus in hac simplici ac pia sententia, qua

neq; abusus horrendos Pontificij Stabilit ortos ex figmento
Consubstantiationis, aut inclusionis durabilis, neq; illum coelest
ibum ac potum vivificum ac Salutarem animabus nostris
ex cœna Dominica removet. Deus æternus Pater Dom
nostri Jesu Christi, placatus nobis morte & effusione Sangu
ſtij ſui & Filius Dei Deus noſter Jeſus Chriſtus, autor hujus
teris cœna et Spūs S. officax per verbum et Sacramenta, unicus
veriſtimus Deus, piam et Salutarem concordiam Eccleſiæ Hun
garicæ & Tranſſilvanicæ in hoc articulo reſtituat, et efficiat,
ut ſicut in Cœna Sacroſancta una eademq; veriſtima corpore
pro nobis in mortem tradito et Sanguine effuſo ad peccata
noſtra abluenda, vere fruamur omnes, qui juxta inſtitutionem
Chriſti cœnam uſurpamus, ita etiam ipſi in unum corpus
concors & conſentiens, de omnibus partibus doctrinæ cœleſtis
coaleſcamus & coagmentemur et reprimat omnes qui novas
divulſiones prioribus lacerationibus miſere & ſenescenti Eccle
ſiæ addere moliuntur. Amen. Vittebergæ Anno 1562
4 Decembſ. Paulus Eberus Doctor.

† Litera Stephani Bathori de non minuendis decimis.

Stephanus Bathori de Somlyo Universo Regni Tranſſilvaniæ et Siculo Comes
Fidelibus noſtris univerſis et ſingulis, Nobilibus Prudentibus Circumſpectis Di
vidis ac alijs cujuſcunq; ſtatus conditionis hominibus, ubilibet in hoc reg
Tranſſilvania et præſertim inter Saxones Exiſtent. et commorantibus præſentes
ſuis vel lecturis ſalutem et favorem. Expoſitum eſt nobis in perſonis fidelium
noſtrorum Rendi Magiſtri Lucæ Ungleri Paſtoris Ecclæ Birthalbensis ac ſuper
Eccleſiarum Paſtorum Saxonicalium, et honorabilis Riſſii Decani Generalis Præpo
ti Universor Paſtorum Saxonicor. qualiter reſtent plerique ex vobis, Ruhanter
xo peditos noſtri pixidarii recens in militiam noſtram ex conſtitutione Dñi
Regnicolarū conſcripti, qui privato quodd auſu et temeritate inducti, decim
reditibus et juribus Paſtorum Eccleſiarū Saxonicalium minuere et adimi
re conarentur, volentes, quod de jure debent eisdem Paſtoribus perſolvere
Supplicantes nobis humillime ut Eosdem in ſuis antiquis juribus reditib
contra quoſvis violentos et illegitimos impeditores et impetitores conſe
vare dignaremur. Cum autem nos pro muneris et dignitatis noſtræ ratio
unumquemq; hoditorum noſtrorum in ſuis juribus hedū conſervare, vere
etiam contra quoſvis violentos impeditores tueri velimus, imprimis aut
Perſonas Eccleſiaſticas, quas ob divinum miniſterium, ſuis antiquis juribus
et reditibus defraudari nequaquam convenit. Decog; eorum ſupplicatio
nibus gratioſe exauditis et Admiſtris committimus et mandamus vo
ſtrumq; harum ſerie, ut nullus veſtrū Paſtorū Præſcriptor Decimas, jura
et reditus diminuere, attingere, et violare audeat, quin contra de jure
et antiqua conſuetudine quisq; veſtrum pendat et perſolvat, ſub pœna
indignationis noſtræ. Seruo non facturi. Præſentibus perlectis, ex libera
reſtitutis. Datū in Civitate noſtra Alta Julia 18 Octobr. Anno 1575
Stephanus Bathori

Martinus Berzeviczy
Cancellr.

Transactio inter Ferdinandum I. et Joannem I.

In Nomine Sacrosancte et individue Trinitatis Amen.

Nos Joannes Dei Gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie &c. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis: quod cum hoc Regnum nostrum Hungarie per ea bella que post interitum Divi memorie Serenissimi Regis Ludovici Domini Predecessoris nostri, inter nos et Serenissimum Principem Dnum Ferdinandum Divina favente Clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regem fuerunt variis Calamitatibus et erumnis afflictum, ita laboraret, ut paene admodum spes superesset videndi ejus conservandi, vel in aliquam pristinam formam redigendi, Belgrado primum prædito tum Reipublice Christiane propugnaculo ademto, paulo post Ipso Ludovico Rege cum universo fere Juventutis et militie Hungarice flore extincto, Buda Metropoli in hostium potestatem redacta, Regno fere toto ferro et igne hostili pervastato, intestinis etiam odiis rapinis cædibus ita afflicto ut hostibus etiam ipsis miserandum videri posset. Cum inquam res Hungarie ita se haberent, inter has tamen tantas calamitates nunquam cessavimus medio amicorum nostrorum diversorum Principum Christianorum agere et laborare pro pace et bona amicitia inter nos et prefatum Serenissimum Romanor. Regem componenda, Serenissimo Rege Polonie utriusq. nostro et amico et affine in hoc potissimum operam adhibente, donec Dei optimi nutu et clementia Serenior illuxerint dies rebus Hungaricis, et tota hec res sit in presentiam et dispositionem Sacratissimi et Excellentissimi Principis, Divina similiter favente clementia Romanor. Imperatoris deducta, qui medio Reverendissimi in Christo Patris Dni Johannis Archiepiscopi Lundeñ et nunc etiam erga Principes Reipublice Christiane pietatem, erga hujus regni salutem et liberationem caram et sollicitudinem ostendit, ut primum Dei Opt. Max. clementia, deinde in Ejusd. Cæsaree Majestatis virtute simul etiam potentia et inter Principes Christianos summa authoritate confisi, non dubitaverimus ad Ejus Cæsar. et Catholice Majest. Amicos benevolos et vero Christiano dignos exhortationes et oblationes, medio etiam Oratol. et Consiliarior. Nostror. Reverendissimor. Dnorum Francisci de Tran-

gepa-

forsan Lugdunens. licet etiam Isthvanfius Lundenſem scribat, nisi ex Scandia fuerit Lundenſis Ste Archiepiscopus, quem vero Scandia vocant.

panibus, et Stephani Brodericz &c fidelium nostrorum nobis sincere dilectorum, Regnum hoc in tantis calamitatibus et externis periculis constitutum, Ejus post Deum curae et tutelae et defensioni submittere, Sperantes in Dño Deo ejus Caesaream Majestatem fore illam cujus virtute & virtutibus hoc ipsum Regnum nostrum, non solum e faucibus hostium eripiat, sed et in pristinum statum et florem brevi restituet. His igitur rationibus moti ac spe inducti nos praesentes et personales ex cetera nostra Scientia animo deliberato maturo Consilio Principalium Consiliariorum nostrorum habito, de plenitudine nostrae Regiae potestatis ad laudem et gloriam Dei Omnipotentis, pro consolatione ac quiete tot afflictorum et oppressorum, pro Salute ac defensione, pro exaltatione universae Reipublicae Christianae, cum Praefato Dño Archiepiscopo Oratore & Commissario in hac parte, utrisq; tam Caesar et Catholicae quam Regiae Romanor Majestatis vigore pleni mandati utrinsq; Principis in Spem nobis exhibiti et per nos perlecti, aliisq; literis Universalibus Ejusdem Dñi Oratoris nobis per eum datis de verbo ad verbum inserti, Pacem, amicitiam, Fraternitatem et confoederationem tam diu exoptatas fecimus, firmavimus, concluximus, et stabilimus in hunc qui sequitur modum.

In primis quoniam Caesarea & Catholica Majestas praefata sua sponte, et de singulari sua erga nos benevolentia et charitate, simul cum fratre suo praedicto Serenissimo Dño Romanor Rege nos in Fratrem adoptivum accepit, Ideo nos etiam utrumq; Majestatem in fratres adoptivos et confoederatos nostros accepimus; Ita ut inter Majestates eorum et nos sit firma stabilisq; et perpetua Dño Deo favente Pax et confoederatio, amicitia et vera ac sincera fraternitas pro conservatione Regnor Dominationumq; et Provinciarum communi pro Salute et liberatione hujus afflicti Regni nostri Hungarici ac totius Reipublicae Christianae contra quoslibet hostes et inimicos communes tam exteros quam intestinos.

II. Item quod Caesarea Majestas simul cum Fratre suo Serenissimo Romanor Rege literis eor mediantibus & aliis modis quibus poterunt fidemoribus, Nos et Regnum nostrum

Coro erat in ex exemplari unde descripsi quae vox videbat Communio scribenda Domino - Ex habet Wolffg. Bethlen p. 81.

nostrum Hungaß assecurent curam et diligentiam quanto majorem poterunt gerere et adhibere de Regni hujus nostri Hungariæ Partium, ei subjectarum tutela et defensione, et inter alia ut sua Cæsarea Majestas juxta hanc oblationem Oratoribus nostris proxime Neapolii facta de recuperatione Belgradii cum Dei auxilio singularem curam gerant.

III. Quod nos ob eam causam renunciamus ex tunc omnibus confederationibus et amicitiis, quas cum quibusvis Regibus et Principibus et aliis, quorum nomina hic pro expressis habere volumus contra Cæsarem et Romanorum Regiam Majtem hucusq; habuimus, nec in posterum habebimus aliquas confœderationes contra eos Majestates, et hoc idem facient hæ Majestates erga nos. Sed quia nos cupimus satisfacere honori nostro cum nostris confœderatis & amicis quos hucusq; habuimus et ut Regnum hoc nostrum Hungariæ et Respublica Christiana communibus viribus et auxiliis melius defendatur, licet nobis admonere ipsos confœderatos et amicos nostros de hac pace & confœderatione cum Cæsarea & Romanor. Regia Majestatibus juxta et hortari eos, ut et Ipsi hanc confœderationem Christianam Reipublicæ defendendo cum eisdem Majestatibus amplectantur cum consensu præfator. Cæsareæ et Romanor. Regiæ Majestatum.

IV. Item, quod a modo Sr. Princeps Cæsar. Romanorum, Regia Mattes in literis eorum et aliorum ubiq, nos Fratrem Hungariæ Dalmatiæ, Croatiæq, etc. Regem scribant et nominent, et hoc nos quoq; faciemus vega utrumq. Majestatem et eorum filios et hæredes.

V. Item quia Oratores nostri dicunt Cæsaream Majestatem, medio Dñi de Granulis Primi Consiliarii sui Nobis se adhoc obtulisse, Franckellis Volfg. Bethlen. p. 82. et si nos ex Dei munere filium habuerimus una ex filiabus Sereniss. Regis Romanorum ei desponderi debeat, Deus nos propter Libr. II. majorem firmitatem et stabilitatem amoris & benevolentiæ mutuæ inter Cæsaream et Romanorum Regiam Majestates et nos hanc oblationem Sua Cæsar. Majestas benevole acceptamus et hoc ita fieri exoptamus.

VI. Item quod Cæsar. Majestas illam quam nos in Uxorem et consortem accepimus, in filiam adoptivam et filios ex ea nascituros similiter in filios et filias adoptivas propter majorem et stabiliorem inter Prefatas Cæs. Romanorum Regiam Majtes et nos mutuam conjunctionem acciviant.

VII. Item quantum ad Regni Hungariæ statum et ejus administrationem attinet, Ita inter nos ordinatum et conclusum est ut quilibet nostrum eam partem Regni & Provinciarum ei subjectarum, quam nunc de facto tenet libere & cum omni Regiæ Majestatis plenitudine teneat et possideat. Sub limitibus per octo homines

Hungarica nationis, qui situm ac terminos et conditiones comitatuum Regni, per utrumq; nostrum eligendos, prouidos, Sclauonia cum Croatia et Dalmatia in manibus Serenissimi Romanor. Franckfurtum vero sub ditione potestateq; nostra firmarentur et hac vita nostra durante.

VIII. Ex quo autem nunc et uxore et liberis careamus, posteaquam Dei vocatione ex hac luce decesserimus etiam si filium hinc habuerimus ob respectum tamen salutis huius Regni et Reipublicæ Christianæ, quam ex hac pace et confœderatione auxiliante Deo certo speramus, et ut per hoc tot malis quæ hoc Regnum per hos annos superiores jam undecim et amplius pressum est, finis jam tandem imponatur, volentes hac in parte Deum nostrum et familiæ nostræ posterorumq; nostrorum saluti publicæ prospicere ad hoc condescendimus, ut post mortem nostram, etiamsi, ut supra dictum est filium habuerimus universum Hungariæ Regnum, cum omnibus Regnis, Prouinciis ac partibus eidem subjectis et cum omni plenitudine Iuris Regii administrationeq; Regni et Prouinciarum ipsarum in præfatum Dnum Romanorum Regem, vel eo interim præmortuo in filium suum, quem Regnum hoc communi consensu in Regem eligere tenebitur, et illo quoq; defuncto in ejus legitimos hæredes devolvantur ac successores ex filiis ac hæredibus eorum legitime descendentes, et illis quoq; e medio sublatis et deficientibus in Cæsaream Majestatem et ipsius filios et legitimos hæredes devolvantur et condescendant devolutumq; et condescensum habeatur eo facto.

IX. Item ad roborandum hujusmodi successionem, ut de ea Dnus ipse Rex Romanorum filiiq; sui simul cum Cæsarea majestate eorumq; legitimi hæredes certiores et securi reddantur, universi Dni Prælati et Barones Magistratusq; et officiales quorumq; nomine censeantur: Imo et notiores nobiles Insuper Magistri Civium Judices Juratiq; Seniores Cives Liberarum Civitatum totius Regni et Prouinciarum ei Subjectarum teneantur tempore publicationis hujus confœderationis et pacis homagium Fidelitatis Juramentum in casu præmisso observando præfato Dno Regi Romanor. filiiq; et hæredibus suis ac Cæs. Majestatis sub conditione de Duabl Segusiensi inferius declarata coram ipso vel suis oratoribus præstare et literas etiam sub hoc dare, Dominiquidem Seculares pro se et suis hæredibus, Civitates pro se & suorum successoribus.

X. Quotiesq; Prælatum aliquem decedere aut Prælatum vel Magistratum seu Officialem quempiam mutari quovis modo contigerit, totus novus Prælatus sive Magistratus vel officialis ante Dignitatis vel magistratus aut officii apprehensionem similes juramentum fidelitatis præstare et inde etiam similes literas dare

tenebitur

tenebitur: Et litera hujusmodi per nos dabuntur vel mittentur ad manus erapati Serenissimi Regis Romanor. vel orator. ejus Oratoris Cesaris, dum tunc in Regno fuerit et hoc infra duos menses a tempore prestiti Juramenti.

XI. Civitates autem libera teneantur dare literas per nos prefato Dño Regi Romanor. mittendas vel ejus oratori dandas de quinquennio in quinquennium si ita Cas. Matti et Regi Romanor. videbitur.

XII. Filii autem Baronum et Principalium Nobilium arcesshentium, quando mortuo Patre in hereditatem Paternam et Dominium Successerint in etate legitima existentes prestabunt Simile Juramentum et dabunt similes literas, que etiam intra spatium Sex mensium per nos mittentur ad manus Serenissimi Regis Romanorum vel ejus oratoribus dabuntur.

XIII. Item si nos Dei benignitate filium habuerimus, extunc ex eo casu totum patrimonium nostrum universa videlicet castra, Castella, Civitates, oppida, ville, possessiones, predia ac Jura possessionaria ubilibet intra ambitum hujus Regni nostri Hungarie partium et provinciarum ei subjectarum habitar. et existen. quocunq. nomine vocitata tam paterna & hereditaria, quam etiam per nos acquisita et legitime acquirenda, alia etiam omnia, quod loco pignoris a Serenissimis Dnis Hungarie Regibus usq; ad tempora diversa post mortem et interitum Serenissimi Dñi Ludovici Regis legitime pacifice possiden. usq; ad tempus redemptionis in Ipsum filium nostrum devolvi et condescendi debeant, devolutaq; et condescensa habeantur ipso facto. Ex quo quidem patrimonio Cas. Majestas novum ducatum Sub Titulo Sepusien. quo nos antequid ad hoc Regnum Dei munere assumpti fuimus cum Jurisdictione comitatus Sepusien. pro Ipso filio nostro erigere, instituere, debeat et teneatur.

XIV. Patrimonium vero totum tam videlicet sub nostra, quam ipsius Romanorum Regis potestate existen. et habitum communi hujus Regni et Partium ei subjectarum contributione prout in Seculi Dieta publicanda pacis nobis et eidem Regi Romanor. ac Regno Hungarie bisum fuerit de manibus illorum, apud quorum manus nunc existit redimi debeat, hujusmodi autem redemptio intra spatium duorum annorum fieri debeat effective a tempore publicationis pacis.

XV. Item quod Pars illa Patrimonii que nunc est Sub potestate et ditione Regis Romanorum, sit in manibus Cesar. Majestatis nomine sequestri tanquam apud manus communes usq; ad tempus successionis predotate.

XVI. Item quod Dominus Rex Ipse Romanor. vel filius suus aut hæredes predicte Regie Majestatis Regnicen et possessionem Regni intextim

dura Eclipsis s. eliapsis. gavisi vel sumus hic sub intelligendo. usi sumus juxta Volffg. Bethlen d. p. 85 le. gendum esset.

Volffg. Bethlen p. 85. refert Bathori asserere se ab Hungaris illius seculi audivisse, quod Ferdinandus ad Pacta bona Transilvanis quondam dixerit, quod legitimi Joannis Heredes possiderent.

terim requetat Ipse vendicare, nec Dñi Prelati et Barones Nobiles, et Civitates ac alii Superscripti ad obedientiam eis exhibendam teneantur, donec ducatus ipse Neapolitanus una cum Jurisdictione predicti Comitatus Sezzinensis et aliis bonis prenarratis in manus et potestatem Ducis ipsius filii Scilicet nostri fuerit assignatus et pro majori securitate consequendi hujusmodi ducatus tempore Juramenti, quod Serenissimo Romanorum Regi in eodem Generali Dieta publicanda pacis prestabunt, teneantur etiam nobis super hoc jurare, quod non aliter observabunt Juramentum ipsi Dño Regi Romanorum, vel filio ejus prestitum: nec aliter obedientias eis exhibebunt, nisi prius ducatu ipso ad manus filii nostri assignato cum primum tamen ducatus ipse cum ceteris bonis prenarratis filio nostro restitutus fuerit: Eo ipso Prelati, Barones, nobiles & alii Superscripti teneantur ad omnia premissa fideliter observanda et hoc eo modo intelligendo et interpretando, quod uno & eodem tempore consignatio Ducatus in manibus filii nostri et consignatio Regni cum omnibus arcibus & attinentiis suis in manus Romanorum Regis aut heredum predictorum fieri debeat.

XVII. Item depost hujus quog. filio hoc idem quod premissum est, intelligatur, quo tandem Ducatu consignato et restituto Cas. Majestas et ipse Dñs Romanorum Rex ac eorum hæredes in Dominio et possessione predicti Ducatus ac Patrimonii Civitatum, Oppidorum et possessionum predictarum, contra quoslibet legitimos turbatores et impetitores Successionis Semper temporibus defendere atq. conservare.

XVIII. Item quod si nos prole virili destituti fuerimus, ob hoc ut Cas. Majestas majorem habeat, ad hoc regnum tutandum et defendendum affectionem et propensitatem Integra meditas totius Patrimonii Sue Cas. Majestati Sub conditionibus tamen infrascriptis cedat, alia integra meditate ad dispositionem nostram, sibe in vita, in mortis articulo libera nobis remanente.

XIX. Item quod remanente post mortem nostram Regina consorte nostra, Superstite abq. liberis ec tunc directa meditas Patrimonii nostri, ec videlicet, que in sortem Cesaree Majestatis cedere debebit, consecta eidem Dñe Regine ita obligata & inscripta esse ut quousq. ipsa ad secunda vota non transiderit possideat eandem meditatem cum omni fructuum ac utilitatum perceptione teneatq. Majestes sua Cesarea in eo casu manibus suis, illam meditatem assignare: Dña quidem Regina ubi ad secundas nuptias se contulerit, deposito soluto q. ei dotalitio suo centum Scilicet millibus Florenorum Hungaricalibus in auro teneatur Cesar. Majestati vel filiis & heredibus suis Regina ipsa meditatem ipsam pacifice remittere atq. resignare.

XX.

XX. Item ubi super hujusmodi dote & dotalitio hac ipsa vivente, satisfactio impensa non fuerit, extunc in residuo quod fuerit liberam in eo habeat prout voluerit, disponendi auctoritatem.

XXI. Si nos filius habuerimus Regia Majestas Romanor. vel filius nostr. successor fidelis et ejus et heredes ipsorum teneantur post mortem nostram, si interim casu matrimonio non fuerimus decenter et honeste, tanquam filiis Regis Hungariæ nuptui dare.

Isabella Dei Grâ Regina omnibus Fidelibus nostris universis,
& singulis, honorabilibus et discretis Ecclesiar. Parochia-
lium Plebanis, præsentium notitiam habituris Salutem. omnibus Fet ministris. in Nigro libro legit.
Ex humillima Supplicatione Fidelium nostrorum honorabilium Magistrorum in scriis in Nigro.
Decanorum et Ministror Ecclesiarum Saxonicalium, non sine
gravi animi nostri molestia accepimus, qualiter essent pleriq.
ex Fidelibus nostris Magistris Civium, Regis Judicibus ac
Scabinis, villicis, juratis Civibus et inhabitator Civitatum,
Oppidor & possessionum nostrar Saxonicalium qui Fhæredibus dictis Fin. inscriis in Nigro expro intermitt.
nem Saxonicar Ecclesiarum de intermitten, bona, hereditates, legitis. intromitt.
decimas, emolumenta reditus, & proventus Ecclesiar. ad eas-
dem Ecclesias in usum ministror jam olim collata diver-
sis colonis

sis coloribus exquisitis occupassent, et in proprios usus convertissent, quin etiam de presenti occupare niterentur, in detrimentum et contemptum Juris Ecclesiastici et ministrorum valde magnum. Unde supplicatum est Magestati nostre, pro parte & in personis prefatorum Decanor. F. et ministror. in Nigro &c. pro eorum, legi: eor. F. esse. ut nos Ecclesiis earum circa premissa de oportuno Juris remedio providere dignaremur. Cum autem nos in primis et ante omnia cultus divinos et Ecclesiam Christi, inscribitur Clementer. in Nigro ministros, earum pro nostra functione teneri & defendere debeamus, nec liceat cuiquam res deo dicatas in privatum usum et commodum convertere. Proinde fidelitati vestre harum serie firmissime mandamus, ut acceptis presentibus Statim sub onere sedecim Marcar. final vel divisim, eo quo necessum fuerit accedere, Ibiq; universis qui sese in Jurisdictionem Ecclesiasticam miniserint, vel intromittere vellent in Nigro legi. universos bona, et occupassent, vel occupare & in proprium usum convertere niterentur, admonetis eosdem et committatis eisdem verbo nostro et filii nostri serenissimi Regis, ut ipsi prefata universa bona, hereditates, decimas, emolumenta, redditus et proventus Ecclesiarum, modo premisso per ipsos occupata in usum proprium conversa, sub onere ducentor. florenor. Episcopalium eisdem Ecclesiis et eorum ministris, Statim F. de facto remittere, et in posterum ab ejusmodi occupatione earundem bonorum, hereditatum, decimarum et. Sese abstinere debeant et teneantur. Quod si fecerint, bene quidem, alioquin evocatis hujusmodi inobedientes et mandato nostro parere recusantes ad decimam quintam diem a die evocationis vestre computandum; nostrarum in prefatam, rationem super redditibus, certificantium eosdem ibidem, ut sive ipsi in termino predicto eorum nobis comparerent. sive non. Nos ad partes comparentes instant. id facerem in premissis

F. hinc inseritur dicatis. loco vero verbo ponitur nomine et Regio est omissum.

pro Ecard ponitur coram & inseritur et. in Nigro.

F. in libro nigro loco etc. ponit: et aliorum pro venerum.

pro nostrar legi. nostrarum.

pro eorum legi. coram

in Nigro legi. nos ad partis comparentis in Anglicam.

in premissis quod debitis erit ordinem. Et posthac servare et ju-
moderi admonitionibus & certificationeis bestre, ut fuerit expe-
dientiū, nobis terminū conscientiose præscribere debeatis,
Secus ne feceritis. Presenti perlecti, exhibenti restitutis. Datū
Albe Julie 12 Martis Anno 1559.

in libro Nigro legit: hac vos scriem suas admonitionis

ii Nigro legit: rescribere pro præscribere.

X Johannes Electus Rex.

Privilegium de non captivandis ministris Ecclesiarum.

X In Vaidano hic est Titulus Privilegium Johannis II. Pastoribus Saxonicis datum.

Johannes Secundus Dei gratia electus Rex Hungarie Dalmatie, Croatie &c. Fidelibus nostris universis, F Magnificis Egregiis, Nobilibus, Comitibus, Vice-Comitibus, omnium Comitatuum Capitaneis, Præfectis, Belli ductoribus, Castellanis, Provisoribus, Officialibus Aerium, Castrorū Penitum, viariumq. castrēnsibus. Item prudentibus Civium Magistris Civium, Judicibus & juratis Civibus, quarumcunq. Civitatum, Oppidorum, Villarum, Possessionum, aucthis, Venig. aliis cujuscunq. præfecture et eminentie hominibus ac dominis cunq. servitoribus, ubivis in ditione nostra existentibus præsentes visuris Salutem et gratiam. Ex querelis Fidelium nostrorū Venerabilium Superattendentis & Decanorū, Universitatis Pastorū Ecclesiarū Saxonicalium Transilvanicarū intelleximus, quod licet ipsi super antiquis et libertationes et Jurisdictione Ecclesiastica D. D. olim Regum Hungarie predecessorum nostrorum literas, per nos et Serenissimam olim Reginalem Majestatem, Dominam Matrem nostram observandam felicis memorie, approbatas & rectificatas pro se emmeratas haberent, tamen essent nonnulli, qui ipsos contra formam premisserum literarum in libertatibus ejusdem dictione eorum Ecclesiastica molesterent, et inquietarent, presertim vero Fideles nostri Egregii Stephanus Kemeneyi et Franciscus Balasfi Comites Comitatus Sex Byrsis quorū, Plebanis et Ministris Saxonicis captivassent, ad nonnullos male colorum verba & obloquutiones, qui hujusdan etiammodi Exemplum ministrarentur. Supplicantes nobis humillime, ut nos Kemeneyi et Balasfi legendum ut et Petrq. Hermanno Kt. qui et Comiti Rikellensi et Petro Saffaritis ad Segg adhita refert

In Nigro omittitur vox Egregii & pro Kemeneyi Scribitur Kemeny pro Balasfi legit Balassi. Hinc inscribitur: de Kükölló ac potius Schaffaricz Aulæ nostræ familiares proximis diebus ad inquirendum et punendum malefactores specialiter emissi nonnullos

P. hinc inscribitur: quoq. M. Petri Herm. quoq

†in Frantziano Nigro inscribi, eorum ipsos in præmissis Iuribus, antiquis Libertatibus et Iurisdictione Ecclesiastica diversus quorumlibet violentias et injurias, conservare, manutenere et protegere dignaremur. Cum autem nos una cum Sacra Majestate Reginali Dña Matre nostra observand. primo statim ingressu nostro in hoc Regnd Transa ipsos Ecclesiard Ministris per Superintendentem Decanos et Personas Capitulares, certas causas, utpote bonorum Ecclesiæ, decimarum, Domorum Episcopalium, et vivationes earum, viduarum, pupillorum, &c. Testamentorum, et matrimoniales, etiam Iurisdictione comm Ecclesiastica judicandi potestatem dederimus, nollumusq; eosdem ulla de causa, ratione vel prætextu, per quempiam turbari. Ob hoc fidelitati Vræ Tenore harum serie mandamus firmissime, quatenus visis præsentibus, vos ipsos Pastores Ecclesiarum Saxonicalium, nulla omnino ratione vel prætextu, in Iuribus eorum et Libertatibus Ecclesiasticis turbare, molestare et damnificare, multo minus violentas manus ipsis injicere vel domos Episcopales invadere aut Iurisdictionem eorum aliqua ex parte violare & refringere, ullo modo præsumatis vel sitis ausi. Si qui vero aliquid actionis contra Personas Ecclesiasticas habere prætendunt, id legitimo ordine fori coram Iudicibus Ecclesiasticis Decanis et Superintendente prosequatur, qui cognita causa pro ratione debiti, sive uter sontes animadvertere, vel si causa capitalis fuerit Ex hinc post latam Sententiam Magistratui civili puniendi relinquere debebunt. Secus sub gravissima indignationis nostræ pœna non facturi. Præsentibus perlecti exhibenti restitutis. Datæ Albæ Julie in Civitate nostra 10 die Mensis Decembr. Anno 1570.

†Litera Serenissimi Johannis Secundi in Synodum Enyedinsi Missa, cum de Cœna Dominii habenda esset disputatio, qua docent, quomodo factum sit, ut in diversis nationibus Ungaricis nimirum et Saxonibus Superintendens sit electus.

Johannes II. Dei Gratia electus Rex Hungariæ &c. Fidelibus nostris Reverendis Honorabilibus Superintendentibus, Decanis, Pastoribus et uni-

pro matrimoniales legi: matrimonialia; in pro ehem, ita et M. Petr. Herrm.

pro refrigere legi. infrigere ita et M. Petr. Herrm.

pro prætendunt legi. præsumunt

pro ordine fori legi in Vaidano juris or dine. ordine Julis. M. Petr. Herrm.

pro debiti legitur delicti. ita et M. Petr. Herrm.

Severiter additur in Vaidano in

†inscribi: illorum ita et M. Petr. Herr.

†inscribi: in Civitate nostra: Alba Julia pro Genitivo casu. Ita et Petr. Herrm.

†Subscriptio hæc est. Rex

Pro hoc annotato Anno est in Vaidano Libro Millesimo, quingentesimo, quinquagesimo. quo videz fallebat, celeriq dum Frantzianus venit in variandibus lectionibus.

et universis ministris Ecclesiarum Hungaricalium in
Praesenti Synodo Envedienti constituti Salutem et favorem
nostrum &c Delegavimus ad praesentem Synodum cum
pleno mandato et authoritate nostra hunc fidelem nostrum
Georgium Blandratam Doctorem nostrum Physicum, virum
gravem, eruditum, et in Sacris mediocriter versatum, ut col-
loquiis & differentiis de Coena Domini conciliandis, interfit, et
universas rixas inciviles tumultus et dissensiones in ipsa
Synodo pro viribus sedare, et compescere studeat, atq; hac occa-
sione odia, injurias, contentiones inter eos, qui veterum pio-
rum Patrum assertionem et verum Judicium pro manifesto
Dei verbo sequuti, praesentiam corporis Christi affirmant, ac
eos qui diversam intelligentiam ex verbis Coenae Domini elici-
unt, sopiat & subsidat, ut in Ecclesia Dei floreat vera pax
et concordia. Statuimus autem magis e re futurum si scri-
pto utraq; pars Suam assertionem proponat. Ita enim fore
arbitramur ut citra jurgia et convitia, quaenung; ex inca-
lescentibus hominum affectibus subnasci consueverunt ac prae-
ter offensionem & scandalum infirmos veritas elucellat:
quod quidem in usum & dilucidationem piorum omnium fie-
ri vellemus. Si autem id quod postulamus Segui non poterit
Saltem Sanctae ordinationes pie in Tranquillitatem Ecclesiae
ut Ecclesiae Saxonicae, et quicunq; praesentiam corporis in Coena
asserunt, habere possint unum certum Superintendentem,
virum gravem, pium, eruditum, gregi Domini sedulo vi-
vigilantem, qui in unitate doctrinae & ceremoniarum con-
formitate ac disciplina Evangelica Ecclesias regat ac guber-
net, et rebelles & inobedientes digna poena animadvertat.
Rursus qui diversam assertionem absentis videlicet corpo-
ris Christi in Coena contendunt Suum habeant Superintenden-
tem cujus cura & vigilii, solitis ritibus et ceremoniis Eccle-
siae eorum in disciplina Evangelica gubernentur, atq; ita di-
strictis limitibus & functionibus quisq; ovibus suis praesi-
ciat, et controversiae & contentiones pacis inter utrumq;

partem

parten grassandes vel hoc modo sedentur. Mandamus igitur Fidelitatibus vestris, ut ipsum Georgium Blandratum honorifice in colloquium excipere et pro persona in hac functione a nobis deputata, habere, recognoscere et accipere debeatis. Simul etiam hortamur benevole ut collatis mutuis Sententiis verum et optatum unionem & pacem in hac cena Dñi contrivestris complecti debeatis. Bene valete. Datum in Civitate nostra Alba Julia Dñica Quasimodogeniti Anno ~~1~~ 1570. Johannes Electus Rex.

+ Litera Regia de Currubus et Equis ab Universitate Curandis.

Johannes II. Dei gratia Electus Rex &c. Honorabilibus Decano Generali ceterisq. universitatis Ecclesia Plebanis, Saxonicalibus fidelibus nobis sincere dilectis favorem &c. Honorandi &c. Non fugit vos omnis vehendarum Bombardarum Falianearum, globor. pulver. Lampad. igitorumq. Instrumentor & aliarum quarumlibet bellicor. ad expeditionem nostram bellicam necessarior. juxta constitutionem publicam fidelium nostror. Regnicolar. in comitiis Proximis Torden. ad Dominicd Reminiscere celebratis editam vobis incumbere, ad quæ omnia vehenda, juxta constitutionem cum Instrumentis tormentor bellicorum facta, currus quinquaginta quinq. equi vero quingenti requiruntur. Cum autem jam potentissimus Imperator Turcarum bellu moverit, et nos brevi movere oporteat, mandamus fidelitatibus vestris firmiter ut currus & equos integro numero præscriptos, bono modo cum aurigis, frenis & omnibus illis instrumentis et attinentiis aliis etiam expensis necessariis, citra moram & defectum apparare & ita apparatos habere debeatis, ut ad alias literas nostras postitias ad nos mittere, quibus nos certis vel idoneis hominem præficiemus. Aliquin si quis defectus per moram aut negligentiam vestram in hac re contigerit vobis non sine

signa animadversione imputatione. Decimis nullo modo
faciatis. Data Albæ Julie 19 Aprilis Anno 1566.

Johannes Electus Rex.

Litera Magnifici Dñi Sigismundi Rakoczi pro Confirmatione et Solutione Arendæ. X

Idem Fabricius privilegia in Transilvania p. 583

Nos Sigismundus Rakoci Dei gratia Princeps Transilvaniæ Regni Hungariæ Dominus et Siculor Comes &c memoriæ commendamus tenore præsentium significantes quibus expedit universis, quod cum venerabiles Ecclesiæ Saxonicarum Pastores Prædates item et Circumspecti Consules Judices, Septem et Duorum sedium Saxonicalium nostræ Arendæ solutione sollicitarent juxta contentum Privilegiorum ipsis a Divis Regibus et Principibus et a nobis ipsis concessor. Nos vero summa illor paupertatem contemplantes, quod ipsitatas confirmationes, contributiones, Pastorum Taxas Legata seu Testamenta Sylvanis ribus annis contracta in fiscum nostrum administrare plenarie non possint, hinc iisdemus rationem utcunque ista debita, gloriis nomine appellata et in hunc usq diem dilata, illis pro Arendæ solutione hujus præsentis millesimi Sexcentesimi Septimi anni relaxentur, neq ab ullo exactore in re minima posthac molestentur et infestentur, prout relaxamus harum vigore et testimonialitatum mediante. Datum Albæ Julie 24 die Julij Anno 1607.

hæc in nigro Frankiano invertuntur.

Inscribitur in Nigro: nostrarum.

Stephanus Kallay Secretarius mpp.

Transumptum Confirmationis Bathoriana X

Idem in Transilvania p. 582 Fabricius.

Gabriel Dei Gratia Princeps Transilvaniæ, partium Regni Hungariæ Dñus et Siculor Comes &c Quoniam nos volentes fideles nostros Reverendos ac Honorabiles Viros D. Superintendentes Decanos, Seniores et Universos ac Singulos Religiosos verbi Divini ministros et Pastores Universarum Ecclesiarum et Parochiarum Saxonicalium partium in hoc regno nostro existentes constitutos in libertatibus Immunitatibus Indultis et prærogativis nominatim autem in veteri eorundem ipsis a Divis quondam Hungariæ Regni et Transilvaniæ Principibus de et super solutione arendalis pecuniæ ipsis quotannis fiendæ

et persolvende concesso privilegio illese conservare loco
hujusmodi Arendali secundi, exceptis Vino et tritici de-
cimis Universas et quaslibet decimas nostras minores ex
Parochiis agris item alodiis propriis iisdem laboribus
factis et cultis, quorumlibet item seminad decimari
solitorum nobis cedere debent benigne eisdem ea conditione
dand. donand et conferend duximus, ut ubiris et in qui-
buris parochiis hujusmodi decime minores dictam bbe.
relam pecuniam ingerarent, superflua residuitas hujusmo-
di Minorum decimar in rationem Fisci nostri cumulent.
Ubi autem vina desiderarentur, ibi actualis totalis et
integra decimatio loco vini nobis administrent. Sed haec
omnia in Arend. Advend. Aliis vero in locis antigua
exactionis decimar consuetudo observetur prout da-
mus et deputamus et deferimus praesentium per vigord.
Quocirca vobis generosis Egregiis et nobilibus Balthazaro
Cheichelichki de Silvas Consiliario et universis De-
cimarum nostrar Franciso. Arendatoribus et decimator.
quarumcunq; Sedium Saxonicalium et locor. eorund. vices
gerent. Cohortis et aliis quor interest seu interesse, pra-
sent. notitiam habituris, Serum serie committimus et
mandamus firmiter, quatenus vos quos; annotatis Dnis
Superintendent. Decanis Senioribus et reliquis verbi divini
Ministris ac Pastoribus Dictar Dalesiar Saxonicalib. Uni-
versas et praetactas decimas minor ex dictis Parochiis et
etiam Alodiis et agris seminatis; propriis ipsorum labori-
bus factis et seminatis prae se percipere et pacifice acu-
mulare et in usum privatu convertere permittere nobis
omnibus debetis et teneamini. Vos etiam decimatores
praemissa gratiam nostram ac indulta, immunitates li-
bertates, et privilegia omn quoris modo sub gravi in-
dignationis nostre poena in toto et in parte infringere
neq; quam praesumatis. Seus non fuerit. Praesentes per-
lectis exhibent. restitut. Datu in Civitate nostra Colba
Julia Die 10 Mensis July Anno 1608

Gabriel Princeps

Stephanus Szendi
Cancell.

Erasmus Addi Secret.

In Franciano Nigro darii donari & conferri

avenalis in Franciano habetur

administretur ut in Franciano Nigro

in Franciano Nigro Gecrelichki

universal. in Frank nigro Arendatori

In Franciana Nigro Colej Anny 1609

Tenor literarum Michaelis Chaaki Cancellarij R. M.

Michael Chyaky Cancellarius Consiliarius et in Absentia Regia Majestatis Hungarie etc in Transmia locum tenens Honorabilibus Plebanis in quinq; Capitulis Zaz seber, Bogaes, inter fluvios Kikelö, Regin et Bachna commorantibus amicis nobis sincere dilectis S. Ex Significatione honorabilis Francisci Salvidi Plebani Birthalbens. ac Decani Generalis Ecclesiarum Saxonicalium accepimus contributionem presentem ob circumvehenda tumultua bellica in hac generali expeditione pro deliberatione dnor Regnicolarum in Articulis expressa Universitati Plebanor Saxonum et Ecclesiis illis adjunctis ex mandato sue Regie Majestatis Dni nostri Clementissimi, nipositam, nondum plene administratam esse, id quod majestas sua displicentissime accepit animo. Cum autem restantem contributionis illius naturam administrationem, res ipsa, regni necessitas ac Serenissimi Dni nri mandatum iterum atq; iterum urgent requirimus amicitias vestras benevole, et nihilominus authoritate, qua fungimur serio committimus, quatenus acceptis presentibus, sine mora statim, sine dilatione, cunctatione aliquali in tissimis Restantia prescripta contributionis pro rata quisq; portione sua manibus Decani sui assignare debeatis et teneamini. Alioquin damus facultatem Decano vestro hanc restantiam etiam de bonis vestris plene exigendi. Secus sub gravissima indignatione S. R. M. ac privationis pena non facturi. Presentes perlectis Exhibenti restituitis. Datum in Civitate nostra Colosvar Feria 3. Octobr. 1567.

Michael Chaki Cancell. et Locumtenens.

Cursive Decani Generalis de Curandis Famulis.

Honorandi Domini Fratres, non vos fugit quibus conditionibus noster conventus sit dimissus, nempe ut Decani singulis Decanat. conjunctim se Albam conferant, hac explicatum R. Mgtis pro mitigatione ejus oneris quod a Regnicolis nostre universitati nipositum est, ac interea tempore quodlibet capitulum de equitibus, curribus et famulis curandis et ordinandis sit sollicitum. Hac conditione Cossitus noster est sollicitus. Qua porro relatione Albe redierit,

mus, brevibus V. R. significabo. Preces nostras devotas, fi-
delia ac debita nostra obsequia et munus ipsum nomi-
ne Pastorum Ecclae oblatum Sua Majestas clementer et
animo grato accepit, ac nos eo favore, quo hactenus
complectitur. Quod vero ad supplicationem nostram atti-
net hoc Majestati videtur nos gravari, nec tamen hac
gravi causa S.M. decere, ut id, quod a Regnicolis est de-
cretum, irritum faciat, sed hoc totum negotium velle com-
municare Regnicolis, ut nobis tantum imponant, quantum
ferendo sumus pares. Hanc mitigationem, si mitigatio
dicenda est, audituri sumus in Comitiis proximis cele-
brandis. Nobilissimus tamen Magnificus D. Cancellarius
serio nobis committit, ut juxta proximas literas R.M.
ad universitatem datas equos et currus bene dispositos
in promptu habeamus, ne subito imperati obtinamur.
De tumulis curandis et ordinandis S.M. erit sollicita ad
rationem nostre stipendiarie solutionis, quod nobis ma-
gnum est futurum levamen. Cum itaq; ad comitia re-
legati simus (Procul dubio de scopis dissolutis audituri
clamores) committo vobis, ut omnia ex vestra gravi-
mine ad eos fratres, qui hactenus contulerunt et con-
tribuere volunt, ac illos qui recusarunt et adhuc perti-
naciter resistunt, vel quod ob inopiam nihil habeant,
quod contribuant, diligenter charte assignetis et ad
me transmittatis. Deus non faciat, D. V. serio hortor
quasq; rectissime valere cupio Datae Musnae 16 May
Anno 15 66 Frater vester
Christianus Costinus Decanus
Generalis Indign. Pastor Ecclae
Munsteriensis.

Ex libro Russo Frankiano.

De Decimis Literae Sigismundi Rakoczi.

Sigismundus Rakoczi Dei Gratia Princeps Transilvaniae &c.
Generose ac Fidelis noster, Sincere dilecte. Salutem et
gratiam nostram! Az Szasz Praedicatorok közönséges
ajánlják értesítésre reá Privilegiumok continentiája sze-
rint az Dezmanak Quartájának Szabad Valasztásokat illet-

Sigismundi literis proponenda est Hungarica
lingua translatio ad Illustrissimum Celsitudinem.
Regedelmes Urunk vagy Karom dologrol. Articulusokkal
Kötelességünkben jára szeretnénk emlekezni ez dolgot nem tsak
1 Ször az Quartatskan Valasztásunk,
2. Ször az Folnagyoknak Dezmajok az Dez-
mesek Quartajában computaltassék.
3. Ször az magunk sajat Vetesünkből az
régi modi szerint Dezmat ne vegyenek
Egyednek Azert mint Kegyelmes Urunk-
nak könyörögnünk ezen, az régi törvény
szerint Szabad Jaras Szabadsagunkban es szoke-
sünkben tartsan meg.
Vi. K. V.V.

Resolutio
Tartsak mindakat az régi modi szerint. In Misc. Joannis Vayde ubi Dei ceps legit. Die Arendator nobis
favorem. In Szasz Fejek. Olyak.

volna, és hogy az Folnagyoktk. dezmajok ~~az Folnagyoktk~~
az dezmajoktk quartajak computaltatnek. Harmadik
hogy az önnön sajat magok vetemenyektöl dezmat
nem adtak könyörgven azon, ezen mód szerint regi Konyorgenek Vajda legit
Privilegiumoktj megh tartanok. Jay leven ezert az dolgh
intvike kegyelmedet szerrel, az felül megh irt szaz szra
dicatorokat Privilegiumok continentiaja szerint eljedo
logh szaresa megh. Seins non factis. Alba Julie 25. Julij
1607. Benevolentiis. Sigismundus Ratorzi.

Arendatoris Subscriptio.

Anno Dñi 1607 25. Julij presentata.
Kgtmetek azert Dézmas Uraim megh rumineltvan
az eö Nagysaga emlitetis levelet continentiajat, ahozis
tarcza magat, megh tartven mindenekben az eö
Nagysaga mistileset. Boldisar Szylvasi Arendator.

Privilegium Catharine de Collatione Decimar Nagy Ekenezö +

Cibinienſibus

Nos Catharina Dei Gratia nata Marchioniſſa Brandeburgica
S.R. Imperii & Transᵉ Principis, partiq. Regni Hungar. Dna et filia
rum Comes, ac Borussiæ, Juliæ, Cliviæ, montium, Ducissa, me
moriæ commendamus tenore presentium. Significantes quibus expedit
universis. Quod nos cum ad nonnullos Dnorum Consiliariorum no
strorum nostrorumq. Consiliariorum, nec non Colonarum Fotzmeister Consili
arii nostri et Civitatis Cibiniensis Judicis Regii intercessionem,
ac consideratis fidelibus obsequiis Septem Judicij universitatis
Nationis Saxonicæ, quos ipsi populus quod et gentem in officio
fidelitatis Principibus et Patriæ debito continentes, constanter ha
etenus exhibuisse et impendisse perhibentur, nec ni posterum de
pari eorum observantia diffisi, Totales integras & quasliber de
mas in totalibus & integris possessionibus Nagy et tis Ekenezö
omnino in Comitatu de tükülli existentes habitas, antiquitus
quoq. ut perhibetur ab eisdem in parte abalienatas, rursus tol
liser et integre, puta vini, tritici, Rhigini, hordei, avenæ, milii
lini, canabis, piſorum, lentium, faborum, et id genus aliorum
fladorum, seu leguminum e terra nascentium; Agnorum item
et Agnellorum, porcorum, nec non Agnum, ac aliorum quorum

hue inscribi in Vaidano: scilicet
Judicibus nescimi solitas, quem
rum tandem dominij decimas ab
eisdem

libet, rerum decimari solitarum. Eisdem septem Judicijs Universitatis Saxonica Nationis et Posteritatibus ipsol universiste nigne remittendas, dare, donare et conferre duximus, prout damus, donamus conferimus & remittimus praesentibus per vigorem, deposita tamen quotannis Arenda solutione. Quocirca vobis fidelibus nostris universis & singulis, Magnificis, Generosis, Egregijs et Nobilibus, Comitibus, Vice Comitibus et Judicium, item Decimatoribus, nonatoribus et Arendatoribus universis decimarum, straruum in dicto comitatu de Kükülló, signanter autem Matthiae Parasi bonae nostri Tranmen Praefecto & Decimarum Arendatori Moderno, et suis quoq; pro tempore constituend. eorum, vices gerentibus, cunctis etiam aliis, quorum interest, seu interesse poterit praesentium notitiam habitur. hard serie committ. et mandamus firmiter, quatenus vos quoq; a modo in posterum praescriptas universas Decimes praelibatarum possessionum Nagy Ekemezö et kis Ekemezö in dicto Comitatu de Kükülló existent. habites Eisdem septem Judicijs ipsorum; haeredibus et posteritatibus universis professe recipere, colligere, accumulare, percipi & accumulare facere ac in usus proprios per eadd converteke praemissa modo rerumittere modis omnibus debeatis & teneamini. Secus non facturi. Praesent perlectis Exhibent restitut. In cujus rei memoriam, firmitatem; perpetuam praesentes literas nostres authentici sigilli nostri munimine roboratas, memoratis septem Judicijs Universitatis Saxonica Nationis ipsorum, haeredibus et Posteritatibus Universis dandas duximus & concedendas.

Datum in Civitate nostra Colosvar. die 19 April. An. Dñi 1633

Die Urkunde dat. den 2. October zu Kaschau ist ausgefertiget über das Privilegium Ferdinandi II. de dato Wien 1625. vide ad hunc finem Bonfin. p. 587.

Literae Serenissimi Principis Gabrielis Bethlen Anno 1615 Die 27. Junij Superintendenti Saxonico Zacharia Veyrauch missae ob controversias cum Capitularibus Segesvarien. in nonnullis religionis articulis diversis sentientibus.

Gabriel Bethlen Reverende ac Venerabilis Dñe nobis sincere dilecte salutem & favorem nostrum. Ex relatione nonnullorum fidelium nostrorum intimatum notis, qualiter praeteritis diebus juxta morem et consuetudinem vestram antiquitus observari solitum in quadam Synodo & congregatione vestra celebrata ibidem in praejudicium ordinis Politici ipsi Decani & seniores una cum nonnullis Pastoribus in eodem conventu tunc forum existentibus quosdam articulos constituissent, quos tandem modis omnibus cetera vide in Tranmicis p. 391. seq.

etiam

Ex Literis Johannis II. Tordae emanatis 4. Mensis Martij 1567. †

De vectione bombardarum.

Præmissis præmittendis, Cum autem onus vehendarum bombardarum et tormentorum bellicorum juxta publicos Articulos Dnor. Regnicolar. vobis Pastoribus incumbat et rei magnitudo moram non patiatur; fidelibus nostris sub pœna subinde in Articulis expressa; committimus & mandamus firmissime, quatenus statim in hanc expeditionem præsentem bellicam Currus et Equos citra defectum aliqualem Claudiopolim mittere et expedire debeatis. Ut autem ad hanc expeditionem facilius aurigas habere possitis, commisimus per alias literas Fidelibus nostris Magistro Civium, Judici Regio et Juratis Senatoribus Civitatis nostræ Cibiniensis ut vobis in hanc rationem expeditionis bellicæ Aurigas ex plebe Saxonica sicuti anno elapso ita nunc quoque dare debent, quibus vos ad singulos menses de solutione necessaria providebitis. Secus non facturi. Johannes Electus Rex ∰.

Ex Literis Christophori Bathorij ex Arce Nova vel Dromos Ilivar emanatis 30 Augusti 1576. De eadem Materia.

Universis & singulis Egregiis Prudent. ac Circumspectis Magistris Civium, Villicis, Judicibus, ceterisque Juratis Civibus quorumcunque civitatum, Oppidor., villarum et Possessionum Saxonicalium, ubivis intra ambitum Regni Transilvaniæ existent. et commorant. Salutem et favorem. Quia de Germanorum bellico adversus nos apparatu rumor in dies increbrescit, publica regni necessitate ferente, Ordinibus & Regni statibus commisimus ut ad festum beatæ Nativitatis Virginis Colosvarinum veniant. Quia autem etiam bellicis ad hanc rem indigemus, quorum advehendorum causa Pastoribus Saxonicis injunximus. Proinde Dominationibus vestris harum serie committimus et mandamus firmiter, ut juxta morem alias etiam observatum Vectores & Auriges idoneos sufficientesque et quidem tales, quibus tuto negotium tanti momenti committi possit, ne fugitivos, aut propter quos damnum aliquod vel nobis, vel dictis Pastoribus inferatur, sed fidos & integræ fidei ex communitatibus vestris, pro stipendio ternorum florenor. nunc per nos limitato dare debeatis et teneamini. Secus non factur. præsent. perlectis. Exhibent. restitutis.

Christophorus Bathori Princeps ∰.

In aliis Sigismundi Bathorij 1593. 28 9bris emanatis tenor prorsus talis est. Itemque in literis Anno 1594. 4 Novembr. quæ ambæ Albæ Juliæ datæ fuerunt.

vide Artic. Regni 1564.

Als Anno 1653 die 18 April. Georg Rakoci der II. dem Moldauer fürsten feindlich sub specie amicitiæ überzoge wurde dem Herrmanstädter Herr Burgermeister Joanni Alisnaei solche commission überreicht, dass die Universitat bey Verlust des Privilegii Saxonicæ nationis die satelites pleno numero schicken. H. Renner hat dieses dem Bischoff zu wissen dass sie solle mit den Vorigen selber Agazones schicken wie der Vorstellen solche aus der 1500 Sabadassen genommen worden, solte nun über die 500 auch 56 aus der Nation genommen werden, so würde ein schweres onus der Nation und grosse Verbitterung verursachen. die H. Plebani ersuchen die fürsten extrahiren Commissiones und Protestiren dass die H. Politici verpflichtet seyen pro salario menstruo ihnen Agazones zu verschaffen. Da sich aber die H. Politici noch sperren werden sie von der H. Ecclesiasticis nehml. H. Andrea Oltard lib. Regie Fabricio [illegible] Joan. Oltard und Uno & Joanne Leonhardi besucht, und wie die Privilegia wollen sehen wurden ihnen Gabrielis und Stephani Bethlen mandatoria gezeiget welche diese clausul halten: Vala-mennyi kocsist kivannak szekeseknek adgyon nélkül kaladék nélkül. Da nun dem die H. Politici resolvirten Agazones selber zu geben aber die H. Ecclesiastici solten solches conveniren, endlich würde die sache so geschlichtet dass die H. Ecclesiastici monatlich fl. 5 nebst genugsamen Proviant, brodt, fleisch, fett, speck, käs, gebratene Peltz, und ein Wehr, Stock oder gewehr wort vermittelst zu geben. Anno 1655 die 2 Junij in Senatu Cibin. Ex Joannis Varda Mst.

F. In Vaidano hic inscribitur [Mariæ] L Vaidamus hic habet. non.

Literæ Cl. Dñi Episcopi Officialibus Cibinij missæ: Amplis, humis, Spectabilibus, Prudent. ac Circumspectis Viris Dñis Regio, Dñô Comiti, ceterisq; Senatoribus et Assessoribus Inclyti Reipubl. Cibinij dignissimis Dnis Amicis suis mihi Deo faciendis Amandis, plurimùm Honorandis.

Ob amplitudinem, Prudent. rerumq; usu consultissimis Viris, Dñis Regio Judici, Dñô Comiti, ceterisq; Senatoribus et Assessoribus Reipubl. Cibinielyt. utriusq; Salutem Corporis & animæ, mente devotè precabor ac sua officiosa defert et commendat. Ceterùm Amplissimi & Spectabiles Viri, Amici mihi singulariter plurimumq; honorandi. Ita, etenim multi tum Politici, tum etiam Ecclesiastici Viri visitationem Ecclesiæ nostræ Saxonicæ universalem inferunt ac tandem quid ne suis rationibus et argumentis obtinuerint, quo nomine hoc absolutam potestatem ubique locorum per Transilvaniam nostram perlustrandi Ecclesias à Celsissimo Principe extradato Diplomate acceperim, cujus exemplare etiam sive extractum Amplissimis ac Spectabilitatibus Vestris transmitto ac amicè omnibus modis contendo, ut suis consultationibus consilijsq; materiis sanctas meas meditationes juvent, augeant ac salubriter pro gloria Dei et Ecclesiæ salute communi promoveant perpendent. quid olim in V. T. et in N. pariter pii Magistratus, Reges & Principes legerint, recta sunt Exempla Davidis et Salomonis, Josaphati. 2 Par. 19. 11. Josiæ 2 Reg. 22 & 23. Capp. Item Constantini & Theodosii et Justiniani. Ac in specie vos Amplissimos Viros Dnos, ut quid de modo sive forma futuræ Visitationis sentiant, mihi detegant, ac tandem etiam de vicis ubivis locorum apud subditos suos sint sollicita, juxta effatum illius divini: Bobus trituranti os non obligabis. Deut. 25. 4. non requiro Persicè apparatum sed victui duntaxat necessarium, ibi enim quicquid luxui indulgetur. Peto autem nos discrete facturos et processuros. si actus nostri fuerint initium ab urbe Vestra, quæ caput & Metropolis est reliquarum urbium nostræ gentis fecerimus. Quæ propter deum dent mihi A. D. V. quid statuant? quidve sentiant? Æterno Deus sua gratia nos præveniat, ut ipsi grata et gloriosa, digna autem vocatione nostra et Politici & Ecclesiastici præstemus. De cæteris eadem Protectioni divinæ commendo. Datum Birthalbini Anno 1654. 9. Jd. 18 Maji. A. V. D. in Chro Jesu Incolumis et favens Amicus.

Christianus Barth
Saxonicæ Eccl in Transilvania Episcopus mpp.

Salvo cujuscunq; libet Judicio et opinione disquiritur.

Quid concipista, 7mi Repraesentationis Dominorum Reformatorum Transilvanorum Puncti, ad Augustanae Confessionis, et Ulritarios (ab ipsso ita nominatos:) Fratres, facta, dicere voluerit, et qua Conclusio e Premissis, ab Eodem Concipista allegatis, naturaliter fluat?

Puncti 7mi Textus ad verbum est Sequens.

Kiert azert a Reformata Religio a Lutheranus Attyafiakat, ö Kegyelmeket, hogy a Praemissakat, és mind Unionat, mind Diplomat, Homagiumat, jol megh olvassák, és minden circumstantiakat jol ponderálván adgyatokzését: Quid in hoc puncto sit faciendum, ut reddi possit Deo quod Dei, Caesari quod Caesaris et Patriae: Denig, Posteritati quod illius est. Mely régy dologra minden Religio, minden Haza fia kötelez: Rogat itaq; Reformata Religio Dnos Fratres Lutheranos ut praemissa, et tam unionem quam Diploma, et Homagium diligenter legant, et omnes circumstantias bene ponderando dent suam opinionem: Quid in hoc puncto sit faciendum, ut reddi possit Deo quod Dei, Caesari quod Caesaris et Patriae quod Patriae: Denig, posteritati quod illi est. Quibus quatuor rebus omnis Religio, et omnis Patriota est obligatus.

In hoc puncto videtur disquirendum, quid sibi velint termini: Praemissa, Unio, Diploma, Homagium et omnes Circumstantiae quae informatura sint Unumquemq; de omnibus quae reddenda Deo, Caesari, Patriae, et Posteritati: Praemissa sunt: Textus illi; qui Remonstrationi Dominorum Reformatorum sunt praemissi, et nominanter quidem Diplo-

Ad litera scripsant ad Litera Nicolai Bethlen, qui sub titulo Recognitionis mutuae Literae ad Hemmel Dnum missae, Philosophicam admodum Distinctionem inter Orientem et Occidentem facere et Deos Vienna evocatos multis scribit tandem in Arresto detineri.

Doctissimus

matis Articulus 1. ſ. ubi introductis Epiſcopi Catholici, et Jeſuitarum, item Poſtulatis templi cujusvis, libet cavetur: ſ. et 2dus in quo collationes confirmantur. Inserenta textus illi omnes ut legantur de verbo ad verbum.

Unio: ſi vocem conſideremus, videtur nihil aliud eſſe, quam mutua quatuor Religionum receptarum Harmonia et Studium, quatenus nulla alteram evertere, ſed ſeſe ad invicem conſervare laborent; ſi vero rem voce Unionis deſignatam ſpectemus: Eſt unio illa formula Juramenti in approbatarum Conſtitutionum Part. 3tia Tit. 1. Obſt. 1 pag. 76. ubi circa finem Dictæ formulæ ſequentia leguntur. Cum autem et Principes jureto Regnicolas aſſecurent, ſe Statibus & Conſilio Intimo detecturos, ſi quis adverſus bonum Publicum proditorie agere tentaverit: Idcirco & ego memet obligo, nunc memoratæ fidei tam diu ſervandæ, quamdiu Principes eandem illibatam ſervaverint, cumq; Fidei interpoſitione factis promiſſis ſteterint, Conditionesq; ſibi propoſitas obſervaverint, aliter item alteri noſtrum, tam diu obſtrictus eſto, quamdiu proximus meo tollendi unionem cauſas non ſuppeditaverit.

Apparet itaq; in Formula Unionis non tantum Religiones 4. inter ſeipſas, ſed etiam Principem cum Statibus unitas: Apparet etiam quibusmodis Vaſallus Principi ſpondeat Fidem, et quando vinculum ejusdem Fidei tollatur: id eſt: dum Princeps Conſilio & Statibus Proditores non detegit, verbum ſuum non ſervat, Promiſſis cum Fidei interpoſitione factis non ſtat, Conditiones non obſervat, et tollendi unionem cauſam ſuppeditat.

Diploma illud nempe verbo & fide regia firmatum, quid ſit conſtat.

Homagium eſt Juramentum fidelitatis ſuæ Majeſtati compromiſſa, cum ſequenti clauſula: in rebus ad ſervitia ſuæ Majeſtatis et Salutem Patriæ ſecundum Diſpo-

ma

Diplomata et Leges pertinentibus, obsequiosus &. exo-
Inter Leges cum intelligantur, Approbatæ etiam, ut
vocantur: Constitutiones, et in illis prædicta Unionis for-
mula contineatur, videbitur Homagium perinde ac in
unionis Formula, fidem Principi jurato stipulatam, ee
conditionatum. Accedit quod Diplomatis Cæsarei Arti-
culus 3. Approbatas Constitutiones, sine ulla exceptione
ratificet.
Ista vero omnia, diligenter legenda monet. Nec ab re,
Nisi enim diligenter legantur, quicunq; ille sit, qui audit
fieri mentionem Unionis Homagij &. prima fronte, imo
etiam post copiosas meditationes, putabit se audire men-
tionem Harmoniæ Religionum inter se, et fidelitatis sue
Majestati jurato promissæ. Nec enim in oculos inci-
dunt illæ restrictiones, et conditionata fidelitas, nisi
quis diligenter, et Formulam Unionis, et Homagium,
diligenter, inquam, legat, et N. omnes Circumstantias
bene ponderet.
Veniunt igitur bene considerandæ: inter alias: sequentes
Circumstantiæ 1mo. Quod in formula Juramenti Consilia-
riorum Unionis mentio non facta, sed non ita pridem
ut relatum est publice: ex mandato Sua Majtis sa-
cra addita fuerit, quamobrem Dominus Comes Aspor, qui
in Unionem jurare detrectaverat non ita pridem cum
addito, jurare coactus est.
Circumstia (2) Quod informatione Instructionis Guberna-
toris Sua Majtis propositum fuerit: Ut Gubernator Unio-
nem in omnibus punctis observet, quibus verbis, adtol-
lendas Speculationes, quasi pro explicatione immediate
Subnexa leguntur: Universos, sine personarum respectu
in antiquis receptis Religionibus et earum libero exer-
citio manutenebit & quam utramq; Periodum, an non

unusquisq; arbitrabitur esse identicam? et quis in stylo unionem observet, putabit subesse obligationem fidelitatis conditionatam et reciprocam? Hinc praesumi potest, tali modo absq; difficultate formatum fuisse, tertium illud institutionis Gubernatoris punctum, in quo observatio Unionis inculcatur ab Augusta aula, sed inadequate per solum Nicolaum de Bethlen informata.

Circumstantia (3) Quod in Scripto Consistorii Reformati Proemium 7. Punctorum ita sonet; Quamvis Reformata Religio non dubitet, imo certo sciat, quod Clarissimi Dni Fratres Lutherani omnia bene norint quae hic Matas Sacrae f. Fide nempe & verbo Regio / proposuerit tamen pro exigentia hodierni rerum status, tam ad unionem in Approbat. Part. 3. Tit. 1. descriptam et N. omnium Nostri juramento roboratam, Sanctum Diploma & Hungaricum N. Diplomati inaedificatum & L. leganter textus; f. Haec et haec communicet. Hodierno vero rerum status ejusq; exigentia bene ponderata, quid innuere, et annon conjecturas Hispanicas aut alias a Concipista explicandas, significare voluerint, trutinandum in medio relinquitur. Licebit tamen Speculanti, reflectere ad tempus, Locum, Personam, per Hungariam propere Viennae ire volentem, ut et mirabilia erumpentium rerum effecta & L.

Circumstantia (4) Quod in (1) et Sequentibus Dnis Reformatorum Repraesentationis punctis Supponantur Sequentia, omnes religiosas controversias, Suam Matem Sacrum perpetuae sanctionis pragmaticae et fundamentalis Sanctimoniam inviolabiliter observandam ni aeternum Sopivisse, et Gubernium Judicem controversiarum Religiosarum posuisse: Catholicos proinde nihil amplius pretendere, nec itaq; Suam Majtem dare potuisse. Hos etiam si quum voluissent pretendere, Gubernium requirere debuisse.

Ita verò: cum Domini Catholici post et ultra præfatas Cæsareas Determinationes, sive meræ Religiosa, sive religioso-Politicæ. Sed NN. ad aliarum Religionum et Fraternæ Charitatis NN. Politicæ, tranquillitatis turbationem tendentia sollicitarint et NN. impetrarint, illa omnia tanquam per unius partis scilicet Catholicæ informationes et sollicitationes impetrata. J. S. legantur quæso Textus S. Diploma, Sancto Regio verbo et fide inviolabili confirmatum quidè at per Resolutiones subsequentes et decreta violatum, quod salva majestate violari aut mutari non potuisset, propter Dei & totius mundi jus, excepto, si forte NN. partes ebrias sisset. Et præmissa quidem taliter esse acta, per Catholicos prætendentes et Regem conferentem; alia vero egisse Catholicos suo ductu, contra Unionem, Diploma, Homagium Approbatas Leges, utpote Reformatam Scholam Albensem admere voluisse, Jesuitas in Copia adduxisse, et Episcopum ingressum fuisse.

Non hic oblivioni dandæ illæ in projecto Gravaminum Politicorum expressæ tot Tristitiæ eversiones Jurium Familiæ, Legum confusiones totius Politiæ Tranicæ, Promotiones extraneorum Indignor. Juvenum Impossessionator. et Legaliter inadmissibilium, tristia item illa exempla &.

Quibus omnibus diligenter ponderatis et cum puncto illo, in initio ad verbum descripto collatis, quid evidentius esse videtur, quam quod Conclusio inmat, et ut responsi loco detur, tanta quadam argumentatione prætendebit, quatenus nempe Lutherani, et cum iis Unitarii, dicerent & declararent? Quod si quidem sua Majtis Diploma et in eo Fidem illibatam non servaverit, promissis illis supra in Textibus allegatis non steterit, proinde tollendi Unionem quodammodo causam suppeditaverit, ideirco nec Calviniani diutius ad servandam fidem sint obstricti.

Prædescriptum vero et vix alium scripturæ totius dictæ, sopum esse, non arbitror quanquam diligenter ponderantem dubitare posse, Qui tamen aliter sentire potest, videriit.

Libellus Supplex oblatus Illustrissimo Principi et Magnificis Dominis Senatoribus Regni Transsilvaniæ et a Patribus Societatis Jesu lectus 4. Decembr. Ann. 1588.

Illustrissime Princeps, Dñe et Dñe Clementissime. Ut in mansione hac nostra in Transsilvania non quærimus quæ nostra sunt, sed quæ Domini nostri Jesu Christi et quæ ad salutem hominum, utilitatem cum Celsitudinis tuæ tum Regni hujus maxime faciunt. Nam si hic non essemus, majori forsitan cum fructu et commoditate et minore cum labore & molestia valetudinis, et vitæ nostrorum dispendio alibi versari possemus, cum præter alia loca in Polonia, plurima etiam in Hungaria nostris parentur ampliissima. Tamen Societas nostra, sicut non temere admittit et suscipit collegia, ita semel suscepta non facile deserit, et quia legitime huc vocati et missi sumus, ideo stationem a Deo nobis per Supremos Magistratus commendatam, neq; deserere volumus neq; possumus, nisi vel a Reverendo Dño nostro Præposito Generali revocati, vel legitime et juste dimissi, aut cedere coacti.

Primum enim constat Societatem anno 1579 a Parente Celsitudinis Tuæ Illustriss. Principe (cujus sancta memoria) huc evocatam, et a Serenissimo Rege Poloniæ Stephano, felicis recordationis, in hoc Regnum missam fuisse, ac deinde ab universo Regno et Comitiis Generalibus admissam et receptam fuisse et possessionem Monostor cum adjunctorum pagorum Monasteriis et Scholarum in civitate fundationis loca legitime et nullo prorsus contradicente, accepisse, atq; ita in locum et reditus nobis a Regia Majestate donatos, jure accepisse. Nam de Rege & Principe, qui dari illa bona Societati potuerint, nemo ambigit. Unde iniquum est, ut ea quæ nobis legitime a legitimo Rege ac Principe donatum atq; attributum est, despoliemur? præsertim nulla nostra culpa aut crimine, quod ne inimici quidem nobis objecere. Nam si religionem nobis objiciunt, id quidem locum habere non potest, scient enim omnes, cum nos primum in Regnum admitterent, Catholicam Religionem profiteri, et nihilominus nos admi-

sexunt

Serunt: Cum igitur eadem una profitemur, nec ullam facia-
mus religionis innovationem, non possunt juste nos religionis
causa rejicere. Deinde cum tot diversæ sectæ, Lutheranorum,
Calvinistarum, Anabaptistarum, Arrianorum, Samosatinorum sive
Photinianorum atq; adeo Novorum Judæorum s. addo et Russia-
norum sive Valachorum, qui et missas celebrant et Sanctos invo-
cant sicut et nos: si regno tollerentur, cogitet quæso Celsitudo
Vestra, an æquum sit, non habere ibi locum religionem catholicæ
Imperatoribus Comitiis omnibus approbatam, quam totam Sexcenti
annis, jam inde a Sancto Rege Stephano primo Hungariæ, am-
toto orbe religno Christianorum complexi sunt et constantissime
coluerunt. Omnia in Transylvania regna est omnium religionis
libertas, quare Catholica quidem non eadem est libertas? Aut
si aciamus. Nobili licitum est, tenere sua religionis ministros,
quid Causæ est, cur et Celsitudini hoc non liceat? Et certe iniqui-
num videtur, Cum et apud Turcas libera & pacifica reliquatur
Catholicæ fidei sua professio, quod apud infideles et infestissimos
Christiani nominis hostes licet: fidem unquam suam libere profiteri:
id inter Christianos, Christianis non licere: Quod si C. T. unum
quemq; debet tueri ac defendere in suis privilegiis, in sua religione,
multo magis certe suos Præceptores, Concionatores, quibus post
Parentes plus quam ceteris debetur. Huc accedit et C.T. convenit,
imprimis Parentis patriq; sui honorem et placita defendere.

Cum igitur Sciat C. T. quam illi confiderit nostrorum in Tran-
sylvaniam introductio et quanta voluntate atq; constantia nos
semper ibi alueris, defenderit atq; promoverit, quale denique
stamentum fecerit, et qualem: antequam moreretur: Serenissimus
Rex obtestationem C.T. reliquerit: debes profecto Illustrissime
Princeps: nisi impius & esse & haberi velis tam constan-
tem ipsorum voluntatem tueri ac promovere. Jam vero ne Ipsi
quidem C.T. excedit, ut quæ ab uno Principe decreta & constituta
sunt, eo mortuo statim reformentur. Quia si hæc: consuetudo
introducatur: licentia inducatur, præsertim in re tanta, et tam
firma atq; fundata, multo magis & reliqua omnia mutabuntur.
Denig: si violari incipiant Privilegia nostra tam rata & solida,
apertum erit ostium, ad violanda etiam quorumcunq; privilegia.
Caveant igitur, qui hoc urgent, ne et ipsi incidant in foveam
quam faciunt.

Quod vero Societatem nostram attinet, ita se illa gessit, per Dei gratiam per novem jam annos in hoc regno, ut cum nemini nec laeserit, tum omnibus prodesse studuerit. Nam et C. Tua, ea mente atque animo, cum in pietate ac timore Dei, tum in honestis artibus, pro sua virili instituit. Et juventutem Transilvanicam ad omnem humanitatem informare conata est, et Catholicorum religionis causa, laudis, ac verbo instituendis et Sacramentorum administratione semper praesto fuit et redditibus sibi legitime datis, non ad luxum abusa, sed ad sustentationem doctorum virorum et ad aedificationem Templorum et Scholarum usa est.

Denique nulla adferri potest justa causa, ar Societas hac domo, vestibus et suis ruribus ac privilegiis spoliranda sit, quod si quid causae habent nostri adversarii, id adferant, ac nobis vicissim detur locus defendendi nos et respondendi ad objecta, ne contra jus & fas condemnati inaudita causa aut per Tyrannidem ejecti esse videamur. Nam quod nos quidem atque Catholicos omnes falso accusant Idololatriae, parati sumus sive concionibus sive disputationibus, sive Scriptis editis demonstrare omnibus non nos Idolatras, sed adversarium partium Ministros, haereticos impios et Atheos esse.

Praeterea consideret quaeso Illustrissime Princeps prosua prudentia quanto ornamento & utilitati sit Societas huic Regno, ad nomen, cum C. Tua, tum Patriae suae apud Summum Pontificem et alios Europae Principes cum apud Aethiopes et Indos & ipsos Antizodas illustrandum: Deinde sit Societati Transylvanicae propter Societatem cum aliis Regnis communicatio, quanta tollatur ab hoc regno barbaries, recta juventutis institutione, quam prope sit ut novus Judaismus sive Ebionismus per Societatem hinc depellatur, quam denique omnes Regni hujus proceres merito oderunt, cum profecto verendum sit ac tot tantos horrendae in Sanctissimam Trinitatem et Domini Nostri Jesu Christi blasphemiae extremam huic regno afferant perniciem. Sed illud non omittendum cum tabulis jam famosis facti sint in aedificia tam nostra quam templorum et Scholarum, in libros, vestes et reliquam suppellectilem tam Sacram quam domesticam, in viatica quoque Sociorum nostrorum ex Hispania, Germania et Polonia hinc ad doctorum, ut Academia, qualis nusquam fuit in Regno Hungariae, constitueretur, et post acceptam nuper ex peste cladem, denuo restauraretur.

Videndo

Videndum [illegible] Sapientissimo Patrico, suæ amantissimo Regi Stephano atq; adeo toti Regno fiet injuria si tot tantiq; conatus et sumptus frustra impensi fuisse videantur; Nos quidem et nostro officio et fundatoris optimæ voluntati deesse nolumus.

ni Principibus vsi. At iterum prorumpes et dices: Ecce Hominis insolentiam, alicorum; contemptum? Non ita mi Hussere. Nolo enim esse extra numerum mortalium neq; abs; hominum et bonorum praesertim Societate et convictu vivere vel volo vel possum. Cur enim essem invisus omnib. Sed gaudeo et gratulor me bona conscientiæ testimonio posse talem et Milesianas & Placzkianas et Revelianas et alias undecunq; tandem contractas de me suspiciones facile posse discutere. Sero quoq; experientia jam edoctus hoc seculum tale esse, in quo obsequium amicos veritas autem odium parit. Ego vero omnem cujusunq; amicitiam (sicut D. Basilius) remota pietate perniciosam esse: conjunctam vero cum pietate, magnifaciendam, amplectandam et sancte colendam esse stabo abq; affirmo. Quod autem mihi captionum fugiendarum studium et alios nervos exprobras, id te ex summa animi impotentia fecisse non dubito. Ego enim in Scholis Sophistarum nunquam vixi, Sophistice non didici, fucum et simulationem odi, amicitiam abq; inimicitiâ in fronte semper gero, et bonas horas, quibus nihil habeo pretiosius, non ut Tu quidem scribis, in nugas, sed in res et Patriæ & Posteritati profuturas colloco abq; converto. Cujus quidem mei studii partem aliquam etiamnunc Tibi communicare potuissem, si scirem illam animi impotentiam hactenus aliquantisper deferbuisse. Impedit ira animum ne possit cernere verum, ideo in aliud tempus meæ istius erga te sincerissimæ erga te voluntatis testificatio est differenda. De liberanda mea fide etiam non parum jam sollicitus. Efficiam quoq; Deo auxiliante, ut ipsi ulcus sanem et hasciam quoq; abstergam; neq; patiar ut vel ipse mei causa lachrymas absterga; neq; patiar ut vel ipse mei causa damnum fortunarum tuarum sentias, velut ipsa aut alia beneficii præstiti commemoratione odiosa, quæ inter bonos viros summa exprobrationis vitio laudamq; obtinet, me unquam ita extimules atq; percellas, ut quid virtute & officiis meo alienum vel veteri amore & conjunctione nostra indignum per imprudentiam animi commotionem fecisse videar. Post pluvias veniet una serena dies. Bene vale et candide ac liberaliter de amicis judica.

Ejusdem ad Eundem

Renerianas scriptas legendi est, quæ vox Renerii scilicet Eliæ in Alberti Scip. seq. loco habere potest, nam alia ratio ei cum Renero Joanne fuit controversiæ

Eiusdem ad Eundem.

S. Accepi hodie tuam mi amantissime Domine Compater Epistolam quam cum et affectibus et stomacho plenam esse non obscure animadverterem, sine fastidio et indignatione, semel iterum atq; tertium perlegere et memetipsum utpote tam sinistra ap Te suspicione pregravatum continere non potui, quin tibi ad singula tuarum literarum capita non altercandi et convicia sed mei contra injustas extimationes defendendi causa breviter responderem. Ex proximis aut tuis ad me literis intelligo, te pro ea qua polles summa dignitate et prudentia libertatem meam in Scribendo et conferendo ingenuam et a bona indole animo rerum rerum experientia non omnino alieno profectam non male accipere atq; interpretari. Quo tuo candore quid mihi jucundius atq; optatius in hac vita contingere possit non facile invenio. Tam vero animi generosi virum et admirabilitatem ut nunc eo deinceps quoq; in omnibus, quæ mihi tecum sunt negotiis retinere fidem, et constantiam tuam etiam hostibus tuis manifestis et occultis testatam conspicuamq; facere velim primis abs te et quidem vehementer oro, in me nil fucati, nihil fraudulenti invenies, omnia mea candida, sincera, honesta, et ad conciliandam suffulciendam confirmandamq; veram amicitiam, properata et conservata sunto. Meam vero interceptionem tibi fisse pernoleftam tam hinc vidi ut nihil certius atq; manifestius quid me esse possit. Tria vero sunt quæ apud Te in dubium vocantur, unum an liceat mihi pro cognatorum meorum aliquo in periculo vitæ, aut fortunarum discrimine constituto precario agere: Sed hoc neq; divino neq; humano jure cautum esse video, etsiamsi omnium utriusq; jurisperitorum sanctiones Constitutiones ac scripta quis studiose percurrat atq; examinet. Alterum est, cur in hac causa (ut scribis) valere et abstinere debeam, quod minimum cognatæ nostræ de summa multæ numeratæ de compromiserit, pactum non esse violandum, rationem habendam clementiæ et dilationis vestræ, quod contra omnium in culminibus Reipublicæ vestræ constitutorum primatum. Centumviralis Magistratus voluntatem vos Dei auxilio, eam a tam tristi mortis genere eripueritis, foveritis, restitueritis: Tertium est me ab ipso secatrice nil commodi sperare posse, per eam et maritum facultates alias dilapidari, me Camaxiam monere non debere meo consilio eam omnia facere, Vos per transennam intellexisse, quod et Rhedam et profectionem illi condixerim. Postremum hoc

mum hoc cum tale sit, quod a viro bono, utpote, quem et a culpa et omni suspicione culpae immunem esse decet, dissimulari, silentio praeteriri neq; possit neq; debeat, et ne videar tanti criminis esse reus, illud inprimis apud Te modeste dicam.

Tandem ultimo loco ad alterum tui Epistolii membrum breviter responsurus. Pro peccatrice misera cognata, et in extremo vitae periculo constituta, rogatus rogavi, idq; ex Christianae Charitatis officio et mandato divino. Ex tota autem mea ad vos in hac causa et Scriptione et hominum cognatorum, meorum nostratione, si quid praeter molestias, et vexationes easq; multas ac magnas lucrifeci, Deus est testis, cujus nomen in vanum et fraudem non assumo. Secuti vere et hactenus ita ne nunc quidem ex Consulis, jam antea, nescio quo fato, turpiter exhaustis, aliquid emolumenti sperare possum: Nam q; it ad amissas nullius amicas opes. Quod si autem res familiares, quam magna ex parte ad pupillos spectare intelligimus hac tempestate male ditari, datur, id nullo meo fit vitio nulla dehinc mea culpa; Existimabat in urbe esse Judices Viduarum atq; Orphanorum et officii vestri dignitatem, in quam a Domino Deo collocati estis, hanc sanctam ac reg; paternam a vobis curam exigere, ut invigilaretis, ne vel innata atq; insita, vel adventitia pupillorum bona per vitricos lucriones, et curatores inscitiales resumirentur. Quod etiam a vobis strenue diligenterq; fieri non diffido. Sed quis ubiq; satis oculatus esse potest? Luxui et commessationibus quotidianis, tam in urbe, quam extra urbem (meo quidem judicio) non ita quidem per omnia connivendum esset, praesertim cum haec sola lues atq; pestis non solum extremae paupertatis, sed et aliorum scelerum atq; malorum sit mater et nutrix indubitatissima. Quod ad meum consilium attinet (si quidem mihi credis) non est quod quisq; Sycophantarum et blateronum mihi organiat et me in suspicionem vocet; ipsi semper ex auctor fui ut honestis et bonis mediis tecum transigerent, neq; vel hos vel illos contra Te unquam animavi. Verum est, quod Scribis, esse mihi Rhedam, sed hoc meo carpento, in via (ut dicitur) publica non ambulavero, etiamsi neq; ingenium, neq; solertia, neq; alia pro justitia, aequitatis defensione adminicula defuissent, et non ita sim hebes, quin duro nodo durum cuneum sine magna difficultate invenire possim. Ego autem hoc Eridis ponto non delector, sed a natura, ut scis, ita sum comparatus, qui publicae pacis, concordiae et honestatis studio, si quisquam alius, ego certe inprimis vere

et toto pectore

et toto pectore afficior. Non video etiam, mi Domine Hutter
cur tot de Compatre Tuo Siglero Suspicionibus labores. Rene
tui illius adversarii, Jt. Dni Domelij, Placzkii et omnium
xe mortalium, qui Te exasperant Consiliarium me esse et pute
et Scribis, ac in me Sapenumero, nescio fere quae te qualia fa
mina jacis et contorques, Scient ista me non latere; sed jurene
vel injuria id fiat, tu pro tua prudentia id videris. Ego inte
bonâ conscientia testimonio me consolabor, utpote, qui certus su
si quisquam alius in Transilvania, me certe et tui amantissimum
et tuae virtutis atq; dignitatis defensorem fuisse acerrimum
Veritas est temporis filia, quae; Sepulta jacent in lucem pro
feret aetas, virtus in tempestate quieta est et lucet in tenebris
et pulsa loco manet tamen splendeta; per se semper: neq; ab
enis unquam Sordibus obsolescit. Haec sola Duce atq; Comite,
praesidio divini numinis munitus, in hac mea contempta et
emerita Senecta, omnia ad Dei gloriam publicam, tranqu
litatem inter homines conservandam, pro viribus consulere e
facere conabor et orabo Dominum, ut hoc meum Studium
cum recti et veri constantia atq; integritate conjunctum, u
me Spiritu Suo Sancto usq; ad extremum vitae halitum cl
mentèr obsignet Amen. De meo erga te animo, tibi Sepe
suadeas, quod Tibi Tuisq; bene voluit. Tu si eadem erga me es
affectione, proculdubio tot Susurronibus fidem non adhibere
neq; me unquam in Suspicionem apud Te venire patereris.
Quod me et omnes arbitros semotos esse et Sepositos vis, be
habet. Ego talibus quisitationibus, curiositationibus et salveg
diis (ut vocant) non magnopere delector; Scio tamen ex verbo
Dei certo et infallibili, obturantem aures a clamore pauper
et ipsum clamaturum, Sed non audientiam habiturum. Haec
quae mihi justissimus dolor excussit, pro mei defensione Suffic
iant. Jam ad literarum tuarum caput venio: Pacta
non esse violandum et ipse concedo et affirmo, modo illud
Sit honestum et non metu, qui in constantem quoq; virum
dere potest, factum et extortum. Cum enim ea, quae metus
et supplicii causa facta et gesta sunt, in actionem jure gen
tium veniant, et plexumq; rescindantur, non video, quid hic ob
staculi sit, quominus, si quis vellet, de hoc pacto disputare
possit: Scimus enim et de vi compulsiva et de ablativa, et de
vi expulsiva atq; inquietiva actionem dari. Sed quid iste ad
me? si pepigit, si promisit, praestet, satisfaciat, mea certe nihil

interest; non enim de meo corio aut carido agitur, pessu-
Sum tamen mihi est, mi domine Hutlere, te qui clementer ha-
etenus juxta gratiam Illustrissimi Principis cum misera egis-
deinceps quoq; nil committurum, quod vel virtute tua indigna
vel a clementia et misericordia Christiana sit futurum alie-
num, ob oculos proculdubio habiturus memorabile illud Ovi-
dii. Quo quisq; est major magis est placabilis ira. De
hoc tamen cuperem melius doceri, itane apud vos plane
constitutum esse, ut deinceps pro nemine mortalium oremus.
Quod si ita fuerit, ego facile cum Harpago ad tempora dixero,
mihi vero eadem, quæ Regi placent? Bene valeat. Ex
Manuscripto Simoniano.

De Castro Talmacsensi.

Lodovicus dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ,
Ramæ, Servieæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæq;
Rex, Princeps Sallernitanus et honoris, montis Sancti Angeli
Dominus, Omnibus Christi fidelibus, tam præsentibus, quam futuris
præsentium notitiam habituris, Salutem in omnium Salvatore,
gloria et honore coronatos, in terra Principes, celestis altitudo
consilii, tenens imperium in excelsis, secundo ad Regni gu-
bernacula provexit et eorum solium sublimavit, ut votis
suorum fidelium Subditorum, quibus signanter confinia
et finitimæ partes, regni velut sublimibus columnis fulci-
untur, et quorum fidelitatis constantiam, experimento didi-
cit, et diuturna operum, efficacia, feliciter comprobavit,
aures suæ excellentiæ, et apices suæ pietatis inclinet,
proinde ad universorum notitiam harum serie volumus
pervenire, Quod quia venerabilis in Christo Pater, Domi-
nus Vilhelmus Episcopus Quinque ecclesiensis, Comes Capelle
et Secretarius Cancellarius noster, fidelis, dilectus, et devo-
tus noster Serenitatis adeundo conspectum, præsentibus et
adhærentibus discreto viro, Martino Decano Cibiniens[i]
Comitibus Laurentio de Rufomonte, Johanne de Cibinio, An-
drea de Sebus, Hennigo de Seng. Nicolao de Rusaz
Henrico de Alizna, de Jacobo de Segusvar, nunciis et
Ambasiatoribus fidelium Juxonl nostrorum Septem sedi-
um partium Transilvanarum, ad nostram directis per eosdem

Majestatem

Laurentio

Majestatem, detexit et lucide declaravit, quod iidem fidi
Saxones nostri in constructione et edificatione castri nostr
Lanchbrom vocati, quod nos in confinibus dictarum par
tium, pro eo, ut populus sive grex nostro regimini divinitus
commissus, præcisis radicitus, dissidentiis verbibus et disso
orum anfractibus subductis, in pulchritudine pacis sedat
in fiducia tabernaculis habitet, et in requie opulenta
conquiescat, humanitate, consilio, et industriosa virtute
ejusdem domini Episcopi, fidelis nostri, fieri fecimus, præs
dio Christi invocato, sollicitatorem operis ejusdem castr
nostri ipsum Dominum Episcopum, fidelem nostrum, de cas
fidelitatis constantia indubie confidimus in persona nost
majestatis constituendo, continuatis laboribus, virtute ex
mia non parcentes, rebus ipsorum et personis adeo fideli
sincere et devote, ego: solerter quo ferventer, laudabil
oportuna, ymo magis grabita et necessaria exhibuissent
obsequia, quod jam modica ejusdem castri nostri pars fu
ret imperfecta. Ideo nos hujusmodi ipsorum fidelium Sa
xonum nostrorum, fidelitates et servitia, quas et qua ydo
ad nos et ad Sacrum nostrum djadema semper habuerunt
et habent de presenti, gratas habentes de presenti a
accepta, in particularem ipsorum præclarissimorum fi
vitorum et laudedignorum meritorum eorum recogni
pensationem, intercessibili etiam supplicatione ejusdem do
mini Episcopi fidelis nostri, pro ipsis, erga liberalitatem
nostri culminis, accedente hujusmodi spiritualis gratiæ pre
rogativa, eisdem fidelibus Saxonibus fecimus, quod ipsi a mo
in antea, ad ampliores labores, dicti castri nostri, et servitii
impendenda, si aliqua castro nostro in eodem forent imperfe
cta, non coartentur, nec per aliquem astringantur. Item
quia dictum castrum nostrum non ad ipsorum fidelium
Saxonum nostrorum onus et gravamen, sed magis ad
ipsorum conservationem, uberiorem et tuitionem salutif
rem construi fecimus, ea propter promittimus et pollicemur
ut ipsos contra eorum antiquam libertatem a prædecess
ribus nostris eis datam et per nos confirmatam, cui pro
judicium generari nolumus, in hac parte ad aliqua di

cto castro

cto castro servitia exhibenda, non extabimus aut compel-
lemus, temporis in processu, In cujus rei memoriam fir-
mitatemq. perpetuam presentes concessimus litteras nostras,
privilegiales, pendentis et auttentici sigilli nostri duplicis
munimine, roboratas, datum per manus venerabilis in Chri-
sto Patris, Domini Ladislai Episcopi Vesprimiens. Regialis
Cancellar. et aule nostre Vicecancellari, dilecti et fidelis
nostri, Anno Domini M° CCC° LXX° Quarto nonas Septem-
bris, Regni autem nostri Anno Vigesimo nono Venerabilibus
in Christo Patribus et Dominis Thoma Strigoniens. Stepha-
no Colocens. Ugulyno Spalatens. Nicolao Jadrens. et Elya
Ragusien. Archiepiscopis, Demetrio Varadien. Romano
Jaurien. Michaele Agrien. Vilhelmo Quinque eccles. pre-
memorato, Stephano Zagrabien. Demetrio Transilvan.
Johanne Vacien. Dominico Chanadien. Petro Bozneñ.
Ladislao Nitrien. Stephano Syrmyen. Nicolao Temyen.
Demetrio Nonien. Nicolao Tragurien. Stephano Pharen.
Valentino Macarien. Matheo Sibinicien. Michaele Scardo-
et Porcina Semyen. ecclesiarum Episcopis, ecclesias Dei fe-
liciter gubernantibus, Carbavien. sede vacante, Magnificis
Viris Domino Ladislao Duce Opulye, Regni nostri Palatino,
Emerico Voyvoda Transilvano, Nicolao de Zech Judice
curie nostre, Johanne Magistro Tavernicorum nostrorum,
Sypone Dalmatie & Croatie, Petro Judar totius Sclavonie
et Nicolao de Mathou, banis, Georgio Princevarn. Paulo
Dapiferorum, Johanne Janitorum et Stephano Agazonum
nostrorum magistris, ac eodem Domino Ladislao Duce, Co-
mite Posoniens. aliisq. quam pluribus Comitatus regni no-
stri tenentibus et honores.

Vilhelmus Episcopus Quinqueeccles. perlecta coram

Dorso inscripti erat: Ad servitia Castrorum Thalmesth &c.
non tenentur Saxones et qua ad tuitionem eorum sunt
constructa.

Hoc ex authentico Exemplari desumpsi in quo vero loco
Diphthongorum a ubig. simplex e positum erat sigillum
duplex in cera expressum Sequentes dabat formas:

LODOVICVS DEI GRACIA HVNGARIE DALMACIE CROACIE RAME SERVIE GALLICIE LODOMERIE COMANIE BVLG
PRINCEPS SALERNITANVS ET HONORIS MONTIS SANCTI ANGELI DOMINVS ARIEQ REX

S SECVNDVM LODOVICI DEI GRE REGIS HVNGARIE ET TALIORVM REGNVM
S EXPRESSORVM
SIGILLI EXPRESSORVM

Oratio Alberti Schueg Regij Judicis Cibinienſis in Schola Cibiniana Anno 1602 Menſis Martij die 29 habita et ipſomet Recitata.

Antiquitus vulgatum tritumq; extare Proverbium in propatulo eſt: Dis queri Sores. Quod quidem ipſum proverbium haud immerito me quoq; rebarguere videtur, quinque qui jam olim relicta Schola cum Cibinienſi, tum Aulaica Aulicæ vitæ (magnatibus ita bonis adhæſerim, neq; unde extricare me potuerim donec quatuor Imperatorum Aulas familiariter ex officio frequenterim, quorum I Carolus V. Romanorum Cæſar, cujus exequiarum Pompæ seu celebrationi interfui, et Fratri ejus tunc Regi Romanorum Ferdinando: Deinde Filio ejus Maximiliano, ultimo tandem Præſenti Regi Dolycho Maximiliani primogeniti filio, ſedulam gratamq; locavi operam diplomatibus teſtatam. Sed illinc quoq; ut emeritus miles atq; rude donatus in patriam reverſus exercitiam exercere placuit, ex qua ad Politica translatus officia, literarum ſtudia non poſthabui modo; verum etiam ob curarum molem, Legationes, militiam, oblivioni quaſi tradere ſum coactus. Ideirco ludibrio potius, quam laudi memetipſum exponere videor, dum cathedram Oratoriam non juſſus, nec rogatus conſcenderim, atq; præclaros, diſertos, facundos hoc ex loco olim declamantes Simia in modum imitari conor. Verum enimvero, quid me urgeat, ſtimulet, quid omnia evincat obſtacula, brevibus aperiam. Dici non poteſt, quanto fervor amore, zelo, qualiter animus flagret, ſpiritus exultet erga artes Liberales adeoq; totam Philoſophiam. Quid vero dicam de Sacra Scriptura? quam a Puericia Abcdarius per Catecheſin hauſi firmiſſimeq; ſum complexus. Hæ ſunt quæ evincunt, et huc in publicum pertrahunt, atq; officinam hanc mordicus me defendere, colere, frequentare jubent. Dicturus itaq; ſum pro hac hora de Schola, quæ in valvis ædium inſcribitur: Seminarium Reipublicæ! de quo quid ſentiendum, quid utilitatis genere humano afferat, quanti ſit facienda, æſtimanda, in quantum colenda paulo finis declarabo. Quapropter me, licet ſenem, ut benignis audiatis auribus, peto.

Schola

Schola est conventus et cœtus studiosorum, puerorum, juvenum. Artes liberales fontes q. Philosophia seu humanarum divinarum, literarum cum exercitatione disciplinæ, tractatium. Vocatus autem seminarium metaphorice, ut quemadmodum semen cujusvis plantæ, herbæ aut floris in terram competentem seminatur ad incrementum divinum pro fructu in tempore proferendo: Sic semina Philosophiæ ac Theologiæ aliarumq; scientiarum in pueros et adolescentes seruntur ad fructus uberrimos proferendos, juxta encomium artis primæ: Grammatica est arbor alta, cujus radices sunt amaræ, fructus vero eorum dulcissimi. Sed age videamus quanti et quales hinc promanant fructus. Tot, herde, quot in mundo ubiq; terrarum et locorum conficiuntur artes nimirum liberales, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Musica, Astronomia atq; integra scientiarum omnium Encyclopedia. Quæ quidem artes nobiscum vivunt, nobiscum dormiunt, nobiscum peregrinantur. Imo quotiescunq; penitius intueor seminarium hoc, toties similitudines quædam mihi obrepunt, quæ partim a poetis efficte traduntur, partim autem ex historiis deceptæ sunt, utpote; Campus Elysius, item terra Chanaan lacte fluens et melle, Hortus item Alexandri Magni in Regione Oasi sæt, ubi duo arbores inventæ Solis nimirum et Lunæ insignia miracula sermonemq; proferentes, item nemus Opobalsamum dons suavissimi producitus ex ramis, de corticibus autem Nectar et Ambrosia. Sed omnium celeberrimus Paradisus terrestris videtur esse assimilandus, in quo omnis generis fructus, mala aurea, pomagranata, citria, castaneæ molles et presti coctia lacte. Maxime vero notabilia sunt flumina affluentia quatuor: Pison, Gihon, Hiddekel, Euphrates: quibus haud inconvenienter assimilemus Philosophiam, Medicinam, Jurisprudentiam et Theologiam: Quibus quatuor facultatibus quid in mundo pretiosius, quid præstantius, quid utilius & suavius haberi et reperiri potest? Nonne per has consistunt et in officio servantur homines? regnantur regna & imperia? consultur conscientiæ et animabus hominum? placatur Deus & Angeli? adhuc aliquid amplius? Hinc promanant virtutes Theologicæ Fides, Spes, Charitas, Item virtutes cardinales, Justitia, Prudentia, Temperantia, Fortitudo. Et aliæ plures infinitæ quasi rivuli scaturigine defluentes. Quid autem vero Seminarium cum Heidelber-

deß produkti legendum:

gente

gente Gymnasium tantum fovens adolescentes, gaudet titulo
bonus sapientiæ, reditus habens decem millium florenorum.
Sed objiciat quis? Ad quid usq; adeo laudibus et encomiis se-
minarium hoc evehis? Ex quo non minus malum quam bo-
num exoritur. Et quemadmodum exemplum non graditur qua-
more pedibus, videlicet Paradisus continet in se Lignum scientiæ
boni et mali per quos mores: ita et seminarium perfectos et
imperfectos, bonos et flagitiosos parit viros. Nec desunt testi-
monia et exempla. Affectus carnis est inimicitia apud Deum: Medea: — video meliora proboq;
Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Natura prona est Deteriora sequor.
ad malum ab adolescentia. Plures perecunt crapula quam
gladio. Quicquid est in mundo, est concupiscentia carnis,
concupiscentia oculorum et superbia vitæ. Sic volo, sic jubeo,
stat pro ratione voluntas. Quin imo et ratio ipsa impingit
in multis, et maxime in Theologicis fideique articulis. Hinc
fit quod Divus Paulus eam vocat inanem Philosophiam.
Si itaq; hæc diametro pugnant Spiritui landatumq; semina-
rium, mortemq; accelerant, cur non magis literam Pithago-
ricam bifurcatam gulose sequendo salvamur? Dicit namq; Spi-
ritus in malevolam animam non intrabit sapientia. Respondet
e converso per Scripturam: Dabit Deus Spiritum bonum petentibus
se: dilata ostium et implebo illud. Paulus: Castigo corpus me-
um et in servitutem redigo, affectus subjacent rationi, ratio
autem Deo, omnia possum in eo qui me corfortat. Sic ergo
haud desunt regulæ, metæ, termini, sepes, quibus mala quæq;
evitari possunt. Est modus in rebus sunt certi denique fines.
Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.

Inter spinas calceatus
Botrum cape spinam cave.

Aelde, quid ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est.
Pectora mollescunt asperitas, fugit.

Nec desunt præterea contradictores obganientes, exoltan-
tor de vanitate scientiarum, item Antonij Fabij oratio
contraria, sed nego abusus varij et progenodum infiniti
sicco hoc in loco pede sunt transeundi, per Superbiam, ar-
rogantiam, fraudem, avaritiam, corruptelas, Philosophiam,
ureten-

prætendunt quog; rixas, altercationes, disputationes, scommata, famosos libellos, sophismata, heroes poëticos, virulentas invectivas, obscena scripta, usq; ad arma interdum homines stimulantia. Item mendacia, figmenta, fabulas. Cæterum alii experientia ducti, haud requiri seminarium publicum docent: Quandoquidem et sine scholis multa fiunt vel naturæ vel industria in rerum natura, prout nuper et in hujus Ludi literarii exercitiis declamatum est. Quod mercatores extra omnem scholam non aliter negotiari, juxta illud: Laudat venales, qui vult extrudere merces. Sic et bonus dux belli, hapte naturæ, novit locare exercitus castra, excubias, tormenta, et id genus armamentorum. Et quod Philosophus in pariete pictus: Totum magis est hoc ostium, vel Rusticus dicere affirmarec, ausit. Respondetur ad hæc: Natura habet semina quædam et potentiam sed non actum ipsum, ideo vel in scholis vel usu quotidiano addiscitur actus. Et usu quidem imperfecte, sæpe; mendaciis, interdum offensis. Sexcentumero præsumptiosis perditissime autem juramentis. Quod ad secundum, Bella exerceri extra seminarii regulas conceditur, attamen fiunt illa imperfecte sæpe infelicissime sin autem Philosophus præsit exercitui, perfectius feliciusq; exercet. Nec vero militem conscribere aut numerare, solutionem commeatusve distribuere absq; literis et arithmetica. Multi considerant quatuor anni tempora, Planetas, hinc tempestates, multi quatuor mundi plagas solis ortus vel occasum in collocanda acie: exempli gratia, difficillimum est pugnare versus radios solares, facilius post radios. Secundum illud physicum: Majus lumen obscurat minus. De Jurisprudentiam spectes, ejus usus qualis sit, remittimus Integatorem ad colloquia mensæ Reverendi et Clarissimi D. Martini Lutheri, qui perbelle Juristas delinitat. et ad oculum usq; depingit. Cæterum non desunt multi advocati et procuratores, literarum prorsus ignari, qui tantum abest ut scholam frequentarint, ut ne alphabetum quidem didicerint, et nihilominus victum et amictum sibi acquirunt rabulæ fatigantes judices, et emungentes clientes. Solet narrari dicti: Inventa lege inventa est fraus legis. Quid de

medicina

sin exemplari erat pmliosis

Medicina facultate adfezamus? cum illa plus extra
Scholam et disputatur et in usu perpetuo versetur, uituere
Frigas, Fonsores, vetulas incantrices, valachicas herbarum
vidagatrices etc Sed etiam de promotis et professis me-
dicis loquendo, nec in illis est perfectio: Quoniam Ars
longa, vita brevis. Novus Medicus, novum cæmiterium.
clamor vulgi, Medicus me perdidit, et: Medicinam com-
mittatur in fidia familiarum ob defunctos sanguine suretos,
vituperia, convitia, calumnia, Pare in ægrotis oleum et
opera perditur, juxta illud: Non est in medico semper relevetur ægro,
Quamvis econtra nelebris non destituantur ipsi quogen-
conjis sicut et Juris prudentes prout illud:
Dat Galenus opes, dat Justinianus honores.
Fulvum dat Bartolus aurum.
Item. Egregius Medicus mendicus non erit unquam.
Magis tamen evincunt commendationes sacrarum Litera-
rum, antiquorum Patrum et ordinarii Magistratus. Honora
Medicum propter necessitatem, creavit enim Dominus.
Altissimus de terra creavit medicinam, et vir Prudens
non abhorrebit eam. Nonne proxime accedunt ad Poto
plasten Adamum, qui herbarum, fructuum et radicum
nomina, naturas, operationes ad unguem noverat.
Et hæc omnia post lapsum reiterare coguntur tum magnis
sumptibus tum laboribus: et ob hanc profundam scientiã
Archidii appellari merentur, prout alias dictum sonat
Homo hominis Deus.
Vide rem mixam, ad majorem pedis digitum appendis
materia, quæ penetrare debet totum corpus, transeundo ca-
put ipsum: ubi dolor persentiscit vim et efficaciam rei ap-
plicate. Doctoris Pauli Medici Coronensis.

Optas curari, nec das nec pharmaca potas
Quæ gula vult laudas, illa venena vocas.
Hinc mors certa venit, veniunt paralytica membra.
Hinc medici Sanctum nomen honoris perit.
Hinc clamas, Medicus me perdidit et Medicina
Donas: blasphemo voluris ore Dei
Ægrotas? Medico tria dicere verba memento:
Da, capiam, solvam: cetera lingue Deo.
Justitiæ autem vox sic sonat versibus
Reddo cuiq; suum sanctis et legibus omne
Consilio Rosenmüller.

Paulus Kiephius hic videtur fuisse
Medicus illis temporibus celebratus,
Simus. D. Mülleri parens?
nostrorum temporibus dictum: Habet
Hic Arzt, quod in ejus nomen degu-
neravit. Simili ratione fere
Doctor Faustrant hodie apud Co-
ronenses, ex vetusta Crambe nimo-
rum. Et hinc Germani: Hier hilft
gott, Sie der Medicus: Der Doctor
nimmt alles Arzt, Arzt gibt alle
Besserung.

Conciliis mortale genus ne crimine vivat.
D. Augustinus. Regna violenta et sine legibus sunt latrocinia. Domus Austriaca:
Aut fiant leges, aut fractus corruat orbis.
Magistratus Custos est utriusq; Tabula. Ii demum Theologiam penitius consideramus, Deum immortalem, ubi exordiar mala hinc obulientia? Quis dabit mihi lachrymas ad defendam instar Heraclitii incredulitatis haereses, sectas, errores, sortinaciam, Nigromantiam, et id genus mala, quae saepenumero materiam, fomitem et praetextum praebent magnorum tumultuum, maximorum bellorum, Regnorum aliq; Imperiorum translationem aut eversionem, Principum item, Regumq; interitum deplorandum. Qui quidem religionis praetextus et pallium, adhuc hodie in Romano viget grassaturq; imperio, ne non in aliis plurimis regnis et provinciis. Adde Alcoranum Turcici Tyranni asylum, adjicias et Thalmut Judaeorum Sacrarium, nec non Cabalam eorundem lapidem Lydium, item Valachorum Liturgiam, Patro Stöss Frata Evangelia. Sed redeamus ad Speciatiora et reperiemus non modo religionis depravationem, verum eniinvero ejusdem etiam amissionem. Dictum antea ex amore verbi Dei Susceptam a me orandi provinciam, quae quidem nobis pietatem promissionemq; vitae praesentis et futurae praebet. Verbum videlicet Dei digito Scriptum per illuminationem Spiritus Sancti in cordibus hominum: Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis. Discingvens verum a falso, revelans arcana imperscrutabilia, fidem firmam donans qua est rerum sperandarum argumentum, non apparentium. Utpote de S. Trinitate, in Baptismate, Sancta absolutione, et Evangelio sacramento, ut res ipsa oculis invisibilis datur, nimirum corpus Christi crucifixi pro nobis et Sangvis ejus, non aliter, sed praesenter, non figurate sed vere, non cruente sed sacramentaliter. Unde autem haec? ex auditu nimirum per verbum Dei, unde verbum ex Schola Sacrosancto ministerio, Sic et in aliis fidei articulis, humiliter, sobrie candide et simpliciter est procedendum, non curiose nec superciliose

Superciliose, Sacra enim Scriptura simplex est, et suavi veritas semper sibi similis est, non nasus cereus torquens, non arrogans, non superba prout Pictorum et Philosophorum.

Arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris.
Fortunam Priami cantabo et nobile bellum.
Dic mihi Musa virum capta post tempora Troiæ.
Summus Aristoteles rutilando cacumina rerum,
In duo dixit, quicquid in orbe fuit.

Sed Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Sane materia ipsa Sacra scriptura per se habet utilitatem et dulcedinem, prout illud: Accedite filii timorem Domini docebo vos. Accedentem ad Deum credere oportet, quia est. Credidit Abraham Deo et reputatum est ei ad justitiam, non vox sed votum non cordula musica sed cor, non clamans sed amans cantat in aure Dei. Paulus ad Corinthios II. Et ego non venissem ad vos scatzer, veni non in sublimitate sermonis aut Sapientia annuians vobis testimonium. Item animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, Christi. Captivantes intellectum in obsequium fidei, non abre appellantur tria hæc Fides, Spes, Charitas, Virtutes Theologicæ, sunt namq; quasi instrumenta vel Scalæ ad cœlestia dona ipsum, cœlum Empyrium. His itaq; instrumentis contenti fuerimus, nec alibunde signa vel miracula petierimus neq; eorum quæ in cœlis sunt, neq; eorum quæ in terris, nec tentaverimus Dominum, juxta illud: Scrutator Majestatis opprimetur a gloria. Coronam ne carpito. Fides non habet meritum ubi humana ratio præbet experimentum, optime etiam jure posset Deus uberare carmen humanis in rebus consuetum. Non mihi sit! Servus, Medicus, Propheta, Sacerdos. Facili negotio omnes nodos sacrarum literarum fideigiaritalos in Symbolo Apostolico eleganti ordine comprehensos cordibus enodatos applicare et infigere potenimus. Et primum quidem de Sancta Trinitate, multi Scandalizantur ex ipso vocabulo Trinitas, quandoquidem nusquam in Sacra Scriptura reperiatur. Igitur non sunt tres personæ. E. Basilius in angulo. Tres sunt, qui testimonium perhibent in cœlo et in terra, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus. Item Apostolis data instructio: Ite baptizantes in nomine Patris et Filii & Spiritus Sancti, et sic de ceteris ejusmodi locis in Sacris. De Trinitate autem certitudo talis experitur.

Primo quia

Primo, quia primitiva Ecclesia utriusq; testamenti, V. et Nov
tradidit hanc de tribus personis doctrinam. Secundo, quia
Orientalis quæ Græca, Occidentalis, quæ Latina, hanc reti
mere confessionem similiter. Tertio, quia repurgata per D
Doctorem Maximum Lutherum Ecclesia constanter servat
Doctrinam. Relinquenda igitur et abominanda incredulitat
illorum, qui tres personas in uno vero Deo non agnoscun
non acceptant, non venerantur. Quales sunt primum Ge
tiles Philosophi, qui motorem quidem aliquem agnoverunt,
de quo Plato inquit: Ens enim misterere, Aristoteles in M
taphysicis concludit: Unum esse Principem. Judæi Jehovam
fine consumato opere Messiæ filii Dei, colunt. Turcæ Bix a
clamitant, id est, Unus Deus. Nihil præterea nisi quod ma
gnum Prophetam Christum dicunt, Arrianum Patrem et Ch
stum quidem attamen non Deum sed Deificatum. His omnibu
Jesus Christus Salvator generis humani vel Scandalum vel
stultitia est. Nobis vero credentibus Dei virtus et Sapienti
Symbolum Apostolicum concludit: remissio peccatorum, car
nis resurrectio, vitæ æterna, de quibus aliquid dicemus,
quæ tamen pie aures exhorrescunt, Epicurei enim passim
Patria vagantur, qui nec Deum curant nec media venerant
tur, imo brutis animantibus similes effici volunt: Secundum
illud: Dixit insipiens in corde suo non est Deus, audenter pr
ferre: Occidatur bos et moriatur homo de anima utriusq;
perinde est. Prob dolor, quanta cæcitas, quæ hos dementia
cepit. Tales sunt miserabiliores omnibus hominibus mundi,
pugnantes contra Spiritum Sanctum, contra æternitatem, contra
Deum infinitum, contra creaturas, quæ ingemiscunt expectan
tes redemptionem. Nullam isti exoptant perfectiorem vi
tam, se ipsos assimilantes brutis et bestiis rationis experti
bus. Cum tamen Deus os homini sublime dedit, cœlumq; tue
eri jussit, et conditus sit homo anima immortali, cui certi
Angelorum chori ad famulatum sunt ordinati. Equid est
aliud sinus Abrahæ quam æterna beatitudo? Christus induit
Naturam humanam, qua nobiscum participat, Deoq; fecit
quam magnes ferrum trahit, cœlum versus, volentem tamen
unde ait Christus: Dabo aquam salientem in vitam æternam.
Item: In Domo Patris mei mansiones multæ sunt, et vocantur
æterna tabernacula. Illic restitutio omnium. Regnum cœ
lorum vim patitur et violenti rapiunt illud.

Symbolum

Symbolum Apostolicum fidei cum videlicet sequitur tractabit de
Justificatione et Articulos de Praedestinatione, qui essi pecuniarem
et longiorem requirit cursum, quam ut hoc tempore et fine tedio
explicare possemus, attamen aliquid saltem monendum et ex
pressis Dei verbis confirmandum duximus. Justificationem
esse applicationem meriti Christi rec fidem vivam non histori
cam nec fictam, neve mortuam sed eam, qua per charitatem
operatur, hoc vult Divus Paulus dicens: Fide justificamur per Chri
stum. Johan. 3. Cap. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum
unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat sed
habeat vitam aeternam. Item: Venite ad me omnes qui labora
tis et onerati estis, et ego reficiam vos. Ex hac universali
omnes derivatur jam illustrissima Praedestinationis assertio. Vivo
Ego dicit Dominus nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur
et vivat. Tota die expandi manus meas. Ego sto ad ostium
et pulso. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda
vestra. Quoties ingemuerit Peccator non recedam transgressi
nem ejus. Divus Augustinus. Si non es Praedestinatus, fac ut
praedestineris adhuc: Salus tua ex te Israel. Deus trahit vo
lentem, qui autem non vult non culpet Deum, Deus enim inducat
non inferendo malum, sed non inferendo gratiam, igitur
vigilandum et orandum ne in tentationem intremus: Recipe tra
hamur in reprobum sensum. Deus pusillanimes reddat fideles
illud Pauli de figulo & vase in honorem et contumeliam.
Nam illa verba respiciunt obedientiam hominis erga Deum,
ne quum temere exprobremus in operibus Divinis, quae nobis
arcana sunt, ac proinde exclamat Paulus: O altitudinem
divitiarum Sapientiae et Scientiae Dei, quam imperscrutabilia
sunt judicia ejus & investigabiles viae ejus. Quis Consilia
rius ejus fuit? omnes itaq; cogitationes nostrae, scrupuli,
objectiones aliorum, dubia, affectus carnis Sathan, mun
dus ditigantur relegentur; ad antidota & praeservativas
in Paradiso existentes. Paradisus autem est in Pentateucho
Mosis, sic Decalogus, qui est Pedagogus & coercens contra
affectus naturâ depravatae in eodem praesto est Paradiso:
Juxta illud: Peccatum nescirem nisi Lex mihi diceret; Non
concupisces. Item contra mortem rigorem, Decalogi & iam
Dei, promissum semen Abrahae i. semen Mulieris conteret caput
Serpentis. Paulus inquit: Si praeoccupati fuerimus ha
bemus advocatum ipse sic optime evitari potent Desperatio,
habitq; Salus animae & corporis, qua est summum bonum

Theologicum

Theologicum, præstantius Aristotelis achore virtutis in vita perfecta, esto, probatissimus Bezoartes, recte dicitur de ipso. Si Christum dilexis, satis est si cetera negas. Strabo namq; bibli seu λόγος, per passionem et resurrectionem Christi in cassatum esse exacta sanguinis sui rubri & pretiosissimi liquoris Christus attinet aureum transverso calamo signum.

Quandoquidem autem Divina majestas infinite potentie & omnem humanum excedens intellectum, miserie fragilis naturæ humanæ quam optime consultum voluit, humana accommodavit media, quibus Divini nobis applicari queant thesauri, in Sancta Catholica sua Ecclesia, Sanctorum, communione, constituendo Prophetas, Apostolos, Evangelistas, Piscatores hominum ex hominibus homines assumptis ad docendum, arguendum, corrigendum &c: Speculatores qui vocem suam tubæ instar exalent, vorent, evangelizent, annuntient bona: Denarios duos veteris novum, testamentum rite dispensando: concreditis ipsis cœlorum clavibus usurpantes facultatem solvendi ligandi, seu peccata relaxandi, retinendi, legem a lege discernendi, ait namq; Scriptura: Ex ore sacerdotis legem requiras. Item: Sic nos existimet homo, tanquam dispensatores mysteriorum Dei, et alibi. Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei: censentur, duplici honore digni. Paulus inquit: Filioli, quos de novo parturio, postea quam mutuo Dei regenerati, per ministerium absoluti, novam induimus vitam. Satagere oportet, ut luceat lux nostra coram hominibus et glorificetur Deus, nec abscondamus lumen sub modio: Faciamus amicos ex mammona iniquitatis, induamur veste nuptiali, habeamus exactam villicationis rationem, Eventremur Domino ex fluxis et caducis commodo pauperibus, Ædificemus supra fundamentum aurum, argentum, lapides, pretiosos, Sic transeamus per temporalia, ut non amittamus æterna. Vanitas vanitatum et omnia vanitas. Talenta trium generum bona videlicet animi, corporis & fortunæ in usuram exponamus, oleum non desit, at in lampadibus nostris, ne lumen extinguatur et cœlestis claudatur janua. Labores in vinea Domini grossum lucrentur per fidem in patientia, nec simus filii prodigi in hereditate paterna. Octo beatitudines ex eadem fide per charitatem operante consequamur Coronam ipsam immarcescibilem vitam æternam, dicaturq; nobis omnium jucundissima vox: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum regnum a

constitutio

constitutione mundi, esurivi enim et cibastis me, sitivi et po-
tastis esse ut sequuntur opera misericordiæ.
Nova jam oritur quæstio: Postquam Christus Dominus ascendit
ad Cœlos, maxima est distantia, magnum quoq; intervallum
ad tempus restitutionis, quibus interea modis sobolem nostram
fragilem, genus humanum? R. Etsi Christus ascendit in cœlum
sedet q; ad dexteram Dei Patris, et merito sui corporis nostra
quoq; coepertrahit mentes et corpora, unde post multa tam-
dem tempora venturus est judicare vivos et mortuos, tamen
multis modis nobiscum est vt terris enim usq; ad consuma-
tionem seculi. Primo nutu suo divino, qui est Patris et Filii
et Spiritus Sancti. Facit namq; oriri solem et Lunam sideraq;
et planetas, et per ea dans pluviam sicut cinerem & nivem
sicut lanam, idq; super bonos & malos. Hinc Aristoteles:
Homo generat hominem et sol. Secundo in omnibus creaturis,
plantis & herbis per animam rationalem sensitivam et ve-
getativam, In ipso movemur, vivimus et sumus. Et levis esse
denotat esse Deum. Tertio in bonis Christianis, filiis adopti-
vis, a peccato originali redemptis, in Libro vitæ existentibus
verbo salvifico missione Spiritus Sancti. Asserit namq; secunda
divinitatis Persona, si quis sermonem meum servabit, ad eum
veniemus & mansionem apud eum faciemus. Quarto in sacra-
mentis a se ipso Jesu Christo ordinatis, ac semper in Ecclesia
pariore conservatis. Potissimum autem in Eucharistia probatis-
cramento, de quo Ecclesia cum admiratione orat, dicens, Deus
qui sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam nobis
reliquisti etc. Divus quoq; Doctor Lutherus cum felici auspicio
tractatum de hoc Sacramento conaretur describere Exordii
his instituit verbis. Nu grz vii nouos vvetter an. Oportet
autem circa hoc Sacramentum literas quatuor 2. considerare.
quid, quando, quomodo, quo fine. Et quod ad primum Sacra-
mentum est visibile signum invisibilis gratiæ. Accedat verbum
ad elementum et fit Sacramentum. Quando illud sumitur?
Cum institutio Christi usurpatur. Quomodo sumitur? Ore sumitur
Sacramentaliter. Quo fine sumitur? R. Ad vitam æternam.
Et quemadmodum Sancti Patres triplex posuere baptisma, Fla-
minis, Fluminis & Sanguinis, ita triplex fit sumptio Christi:
Spiritualis qua venit ex verbo Dei per imaginationem, item vivo
latione per preces: ubi duo vel tres fuerint congregati: Corporalis
non exterita, et oralis Sacramentaliter. Hic oriuntur ogi-
niones, concertationes, collisiones, abusus & absurda. Multi
enim sunt impetitores, Calumniatores, Irrisores, et fere quot ca-
pita, totidem sententiæ. Primo veniunt Propositæ ex V. et N. Testa-
mento

mento, obtrudentes exempla figurarum et troporum, sanguinis, hircorum et aliarum de Christo figurarum. Item illud: Ego sum vitis vera & similia. Deinde veniunt translatistae, corpus non de pane dictum fuisse, sed de vino in coena sedente Christi corpore. Tertio veniunt Transubstantistae et Divisibilistae & consubstantistae & mutilatores, qui unam in alteram transire substantiam asserunt, et panis vinig. species tantum restare, Item Laicis sufficere unam speciem, Panis nimirum et quod mereatur effusio, et quod calo habeat in se sanguinem quoq; ideo non opus esse calice. Hoc in loco notandum restitutio Calicis per Ferdinandum. Quarto veniunt Capernaitae obmurmurantes, dicendo, durus est iste sermo. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum. Remanent demum obstinati Judei, item Turca vii circumcisionis lege Mosaica, de quibus suo loco. Illis omnibus aliquid ordine respondere non inconveniens esse videtur. Et quidem Primis, qui figuratam locutionem Christi fuisse dicunt: Hoc est corpus meum &c. Significat, vel digito ostendens pectus suum dixerit esse corpus, quod quam diversum sit a sensu vero constat ex collatione Veteris & Novi Testamenti, illic nang; transfiguratum, hic autem figuratum, illic umbra, hic corpus, ibi typus hic veritas. Hanc autem loquendi formam ex ipsa habemus Scriptura. Inspiciamus verba coenae: Accipite et comedite: Hoc est corpus meum, item: Bibite ex hoc omnes hic calix novum Testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis et pro multis effunditur, hoc facite in mei commemorationem. Secundo inspiciamus Testamentum, quod Paulus tam reverenter observat, dicens: Ego enim accepi a Domino &c et hic ordine repetit institutionem. Item assimilamus assimilationem Pauli: tamen etiam hominis testamentum per mortem confirmatur, per consequens et hoc confirmatum esse vult. Porro elegantissime illustrat, dum utentes hac coena attentos reddit: Probet autem seipsum homo, et hic accedat, qui enim indigne sumit, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini. Is indigne et judicium sumit, peccat in rem praesentem, et antithetice, non absentem, alias non peccaret, nisi praesens esset. Dicunt aliqui absurdum est, manducare corpus Christi, nam non sufficeret omnibus &c. Imo absurdum est non credere Magistro, qui est Filius Dei, ἀνυπόβλητος. Dixit et facta sunt. Ideo Sanctus ille Pater rythmice non

minus

minus, quam elegantes, quam recte asserit: Sumunt usus
sumunt mille, quantum ille, tantum et ille, nec sumptus
consumitur ille. Sumunt boni sumunt mali, sorte tamen
inaequali, vita vel interitus. Ego certo sumitur ore non
tamen cruente. Si queratur adhuc: Quomodo id fieri queat?
Ego te quaero, quomodo illud fiat, quod virgo Maria sine
virili semine concepit? et verbum caro factum sit. Maria
quoq; admirans dixit: quomodo? virtus autem Altissimi
obumbravit, et Maria credidit addidit q; Angelus: Apud
Deum non est impossibile omne verbum. Abraham quoq; cre-
didit et reputatum est illi ad justitiam, dixit Salvator
Thomæ, quia vidisti credidisti, Beati qui non vident et cre-
dunt. Ut autem exactius quid habeamus de præsentia cor-
poris Christi, percurramus omnes sensus humanos, quorum
quinq; sunt: Visus, auditus, gustus, tactus & olfactus.
Quorum secundum Philosophos, visus habetur præstantissi-
mus, Deus autem secundum Theologos in hoc examine, nam
auditus comprehendit rem ipsam, hoc est corpus meum:
ceteri autem quatuor decipiuntur non sentientes carnem
juxta illud: verba audimus modum nescimus, præsentiam
credimus. Ergo procul abeant Capernaitæ, absint quoq; Sym-
bolistæ et Tropistæ nec admittantur Transubstantiationistæ.
Sed vel cum divo Luthero, In, sub vel cum pane, quod qui-
dem a Sanctis traditum Patribus, vel magis cum divo Paulo:
Nonne panis quem frangimus communicatio Christi corporis
est? vel maxime et tutissime cum ipso Salvatore Domino no-
stro Jesu Christo. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradi-
tur. Nonne pii sumentes & credentes afficientur verecundia et
magna quadam reverentia accedunt sacram hanc synaxin,
volentes sincere sumere, ut quasi ardeat cor sumentis jux-
ta illos duos discipulos Euntes in Emaus colloquentes cum Christo
Etenim talis præsentia & observantia facit probationem sui
ipsius, et abjicere scelera et assumere zelum ad novam atq;
strenuam cum pietate conjunctam vitam.
Obtrudunt præterea aliqui conclusionem illam: Hoc facite
in mei commemorationem. Romanistæ dicunt: In memoriam
duntaxat cœnam et cæremonias celebrari debere. Quod
si ita esset simplex et solas memoria jocus foret puerilis
Ludere par, impar, equitare in arundine longa.
Sed Paulus ait: Non dijudicans corpus domini. Datur autem
res ad refectionem animæ simul etiam memoriam sui.

Exempli

Exempli gratia: Do alicui ducatum dono sive annulum meo ob memoriam, tum et rem ipsam tenendam do, & meimemoriam celebrare volo. Si Philosophis credenda est illa thesis: Anima est tota in toto et in qualibet parte corporis, maxime credendum est, Corpus Christi in pane esse, et a toto fit denominatio verbis Christi: hoc est corpus meum. Praeterea magna pietas reperitur in quibusdam Scriptoribus Theologis qui credunt esse manducationem ore animi simul et corporis vino dentibus premere. O insignem fidem, qualis nec in Israel inventa. Pius Johannes Benknexus Judex olim Coronensis dicere solebat: Si est error, malo cum Christo errare, quam sine Christo vereri. Notandum praeterea transubstantiationi absurda multa sequi, quae ipsimet ponunt in suis lucubrationibus et commentis: utpote, si corpus esum transeat per hominem qualiter sit investigandum et quid cum eo instituendum, si mus comedat, aut corrodat, et cetera. Eodem modo alia dari possunt sequela. Transubstantiatione facta, cur non ipsum Christum in bellis, in navibus maritimis assumunt mortales pro victoria obtinenda et ad evitanda naufragia. Nulla autem sequela bona aut usui Scitur tamen: Agnum Dei cereum consecratum gestari in thorace pro remedio praestantissimo adversitatis et periculorum si credere fas est. Docebat olim pie memoriae Georgius Melas Sacrilegii accusabat pro concione Romanistas et Calvinistas, illos quidem in hoc, quod panem, hos vero quod corpus Christi subsistere rent. Nos autem primitivae Ecclesiae sequaces utrosque subsistere conjunctim in verum restituere Sacramentum altaris asseverabat.
Ultimo & quasi Colophonis loco notandum: Christus in quem nullum cadit malum, corpus suum edendum nobis largitus est, quod est perfectissimum bonum, sed bonum est diffusivum sui. Ergo necessario indignus etiam salvari deberet. Hoc autem non sequetur juxta mentem Pauli, Judicium sibi manducando. Respondetur, hoc fieri per retentionem effectus virtutis Christi. Cur apes ex floribus mel, aranea vero venenum sugunt, sol autumn inducat, ceram vero liquefaciat dic videmus malum non ex Deo sed ex homine. Ita ergo curramus, ut comprehendamus brabeum. Usus porro sacri ex institutionis Authore ex Divo Paulo traditus et acceptus retineatur. Negi in monstrantiis cupreis vel argenteis deferatur, ex edicto Papae Urbani, qui factum corporis Christi per omnem suam instituit Jurisdictionem, alioquin

L 2 illud

si illud fuisset institutum Salvatoris tunc etiam in ornatu et veneratione plurimum erant carpendi et reprehendendi Domini Catholici Romani. Quandoquidem illi Principes, Pontifices, Reges, Imperatores, Duces et similes plus honoris sibimet ipsis tribuunt, dum capita ipsorum Diadematibus aureis gemmis pretiosissimis refertis ornant, muris item atq; infulis margaritarum plenis Pontificum manus & Chirotheas Robinis, Adamantibus, Saphiris, Smaragdis et id genus lapidibus pretiosis coruscare faciunt. Pectora item et fallia fulgentia reddunt. Sceptra baculosq; pastorales similiter lapidibus refertos gestant, et quidem magni valoris et ponderis. Vidi ego coronas quatuor regales, lapidibus pretiosis conspicuas: Ungaricam, Bohemicam, Cesaream et Regnalem. Bohemica in fronte componebatur Robinum magnitudinis pollicis, septuaginta millibus Ducatorum estimatum. Alia Corona adamantes tenebant majoris adhuc pretii, prout de confectudine tales extollunt omnes alios lapides, Hos sequuntur Saphiri, ultimo ordine Smaragdi collocantur, ceteri omnes minoris fiunt. Extat adhuc unus in abusu levis cultus hujus Sacramenti, videlicet velum, sub quo gestat Sacrificans monstrantiam, quod velum non ex laminibus aureis vel argenteis confectum, sed tela serica a vento hinc illuc agitata et interdum ad terram usq; prostrata ac gestantium capita involuta. Vidi Dominum olim meum Ferdinandum Imperatorem non sub velo sed post velum a tergo Episcopi nudo et calvo capite procedere, & manu dextra facem quatuor librarum per quatuor potiores urbis Viennensis plateas bajulare, ubi sol caput boni Imperatoris radiis suis calidioribus mense Junio adurebat patientissimum: Carolo filio comitante; Corpus autem Christi aeri albo vel cupreo inditum corona rosacea adornabatur, absolutis ceremoniis equis Furcicis insidere, uti Reges multis stipati servitoribus frequentare solent Antistites. Potestas illorum est, qua brisa fuit in cervice Friderici Barbarossæ, cujus historia notæ est ex applicatione Sacræ Sententiæ: Super aspidem et Basiliscum ambulabis, Leonem et Draconem conculcabis. Regi illud silentio pretereundum: Papam quendam olim Romæ Coronas conflari mandasse, quarum alteram Hungariæ Regi Stephano primo. Alteram Poloniæ Regi destinatas, ambas per ordinatos Legatos itineride mandasse, de quibus orta fuit quæstio, quæ Ungaro et quæ Polono sit offerenda, dicitur in somno angelum Dei apparuisse cum certa

cum certa demonstratione distinctionis, atq. hinc ortam esse apud Ungaros persuasionem, Coronam illam cœlitus per Angelos deportatam esse. De Circumcisione haud opus esse arbitramur verba facere cum olim abolita sit Lex illa, et frustra cum adversarius certetur, juxta illud, malitia licet coopertur saepe convincitur tamen, nunquam stultitia quam in Christo arguebant gentes, redundat in ipsos et Scandalum in fidem quia Christus adimpleverit Legem. Illi suo tempore vilebant, qui transfixerunt. Paulus ad Galat. V. Nam in Christo Jesu neq. Circumcisio aliquid valet, nec praeputium, sed fides, quae per charitatem operatur. De his itaq. et aliis obstinatis tenendum est illud: omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur. Sinite crescere zizaniam usq. ad messem ne tradiderit in reprobum sensum. oportet ut Scandala fiant sed ve per quem omnis autem atheismus Zizania, et id genus malorum oritur ex incredulitate, abusu, excessu, defectu, sinistra interpretatione et contemptu, contra quae extat regula in Deut. XII. Quod praecipio tibi, hoc tantum facito, de tuo nec addas quicquam nec minues.

Concludimus itaq. in Seminario Reipublicae et Ecclesiae invenire omnium sententiarum thesauros et tanquam in volumen totum Christum, S. Trinitatem, unum Deum, Doctrinam denique illorum quae in cœlis sunt coronorum, quatuor item elementa et ex iis conflata, quae in aere, quae in terra, quae in aqua sunt, et centrum ipsum, foldam mortis horam et extremi judicii Diem non reperimus, eo quod Deus non revelavit. Nulla vero est officina vel vocatio servitutis substantior haec, quia Deo servire regnare est. Merces porro pretiosa est in cœlis, ut habetur Daniel. Cap. XII. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Quas omnibus nobis concedat Deus! Amen.

Fratia sit praesens nobis divina necesse est
Qua sint conatus nostri vanis erit.

Ex corrupto quodam exemplari
Ἀπογράφω.

Anno 1708 Mense Julio convenere Decani & Seniores illos Capitulorum qui censum Cathedraticum uti dicitur solent administrare cumq. ab aliquot inde annis hic census hoc nomine peteretur, ipsi vero solvendo non essent Hunc Supplicem Libellum ad Suam Augustissimam Majestatem adornarunt

Augustissime

Augustissime Imperator,
Domine Dne nobis Clementissime,

Decantata Augustissima Vestra Majestatis per universum orbem pietas atq; imprimis in Servos Dei propensis animavit nos ut praesens memoriale in certo gravamine nobis incumbente concinnatum ad pedes vestra Caesarea Majestatis humillima cum devotione deponere audeamus certa spe freti, gemibus nostros clementem Vram Augm Maj. vultum et desideratam benignissimam resolutionem experturos. Consistit autem rei meritum in hoc: Est quidam census parti Cleri Saxo-Evangelici non dimidia incumbens, quem Cathedraticum vocamus constans aureis 930 Imperialibus 257 et Marcis argenti fini 23. Hunc post Secularizatum Episcopatum Albensem ad Fiscum Regum et Principum devolutum, inde a Reformatione Ecclesiarum ad dicti Episcopatus Dioecesin pertinentium quotannis ad praememoratum fiscum fideliter semper administravimus usq; ad praesentes Rebellium motus. Quibus 1704. in nostram quoq; Patriam irruentibus aequali confusione Summa inimis infligentibus factum est ut census praefati administratio cessaret, eademq; ex causa subsequentis etiam annis 1705. & 1706 impediretur. Anno autem 1707. vi plusquam brutali et dira Haydonum ferocissimorum exsequutione ferme ex toto a Rebellibus nobis extorqueretur, usq; dum hoc anno 1708 sub protectione perduratum adhuc nobiscum Augustissimae Vrae Majestatis copiarum saepe dictum censum pari atq; antea fidelitate quantumvis sum, ma cum difficultate ad manus Generalis omnium proventuum Fiscalium Perceptoris Generosi Domini Joh. Kaspro inde, nuo completum administraremus. Quoniam vero qui restat, quatuor annorum [enumerato nempe et illo, quo interveniens hostium atrocitas majorem partem nobis eripuit: census ante nominatus Dnus Perceptor Vestra Aug. Majestti vi offi, cii suti ait:] severissime pratendit. Id circo hanc rem, ut mese impossibilem sentientes, eam Vestra Augm Majtis progenissimae in nos Clementia devote commendandam duximus ex sequentibus potissimum rationibus illam quam pratendimus impossibilitatem gratiose ponderatura:

Imo

1mo. Xang. annis illis de quibus census restat vix unus et
altor aliquam decimarum partem consequutus est hostibus fru-
ges passim nunc in agris demetentibus aut devastantibus,
nunc in horreis comburentibus, nunc denig. e granariis etiam
vi abripientibus suum. in usum convertentibus.
2do. Extra paucos totius ferme ordo noster tenuitate decima-
rum adactus, proprio labore agricultura incumbere cogitur
ita sublatis hostium rapacitate jumentis universis, quam qui-
dem fortem nos pra reliquis incolis damnosius tulimus.
dictis illis annis Stiva etiam nobis fuit fusflaminata, ut adeo
ne proprie quidem alenda familia, tantum abest decretiorum
Domini compotes fuerimus. Quibus si obvertas præcedentium
forsan annorum reconditos proventus aut patrimonia
3tio Quis nescit quam omnis parata Supellex hostilibus rapti-
tiis actibus nos depradantibus in spolia cesserit, non vestimen-
tis, ne sacris quidem, non utensilibus domesticis, non pecuniis
tanto minus ari aut argenteriis si si paucis forsan nostrum
aliquid hujus reconditum fuit. non denig. ulli rei parcentibus
illis, adeo ut damnum duorum saltem annorum nec ~~ab~~
omnibus Capitulis collectum, mediocriter saltem æstimatum
exurrat ad fl. 75900. accessit.
4to. Taxarum pragrandium nunc in naturalibus, nunc in
ære ab istis tortoribus nobis impositarum multitudo et varie-
tas, quarum exactio ut plurimum cum sumptuosa exsequutione
ne conjuncta vix plerisq. micam panis reliquit.
5to. Exilium quoq. multis nostratium cum suis Auditoribus
indictum ac plerisq. continuum impedimento fuit, ut neq. ipsi
Oeconomiam curare, neq. ex Auditorum suorum laboribus
solitos proventus levare potuerint.
6to Pecunia si quibusdam undecunq. obvenit cuprea fuit
et illa postea evilescens neq. idonea ad reconderendum, ut
alicui usui jam hodie esse possit, cum interim nonsemel
justi fuerimus Taxas inflictas in argentea et quidem justa
valorem pristinum æstimata proburare.
7mo. Si adigamur ad exsolvendos illos restantes census quo-
niam divina gratia omnis generis frumenta et vinum in
summa sunt ~~ut~~ vilitate, multis omnes sui et decimales exper-
pris studio acquisiti proventus vix exiguam restantium census
um particulam conficerent.

fvo.

8vo. Adhaec quum omnes præteritorum annorum restan„
tias quarum exsolutionem intervenientes turbæ interci„
derunt Vra Aug. Majestas, toti provinciæ clementissime
condonavit, idcirco nos quoq. parili cum aliis incolis vestræ
Aug. Majttis gratia nixos parem in hoc passu consolatio„
nem expectare jubet Solitum Vræ Majttis Aug. impunitate in paritatem: erat
libertatum inter omnes patriæ status rite colendam serium
clementissimumq. studium.

9no. Neq. indignum Vra Aug. Cæsarea Maj. æstimaverit, gra„
tiose reputare, quod nos præter istum Censum peculiarem
quoq. quotannis Taxam Rhenens. flor. 3000. in subleva„
men portionum militarium Saxonicæ Nationi incumbenti„
um in nos susceptam omni cum alacritate etiamnum fe„
ramus.

10mo. Atq. præter istam quotannis etiam non contemnen„
dam tritici summam in Magazinum Vræ Aug. Majttis intu„
lerimus spe quidem exsolutionis, quæ vero inde ab Anno
1693. inclusive suspensa manet restantibus ad solvendum
Cubbl. Tritici 25145.

Ad extremum quantum decursu proximorum viginti anno„
rum Ordo noster Saxo-Ecclesiasticus cum in Naturalibus tum
quoq. pecunia ad intertenendum Vræ Aug. Majttis militem con„
tribuerit reliquarum religionum Sacerdotibus immunibus reli„
ctis, non facile quis computum assequi poterit cujus respectu ille
residuus census facile obliterari possit, provoluti itaq. ad pedes
V. Aug. Majttis eandem ut unicam post Deum anchoram per
viscera divinæ Misericordiæ humili pectore rogamus. Primo qui„
dem ut intuitu ærumnarum et miseriarum, quibus præteritis
annis subjecti fuimus, consideratione etiam impossibilitatis
præcedentibus punctis satis dilucidatæ nos a restantibus superio„
rum annorum Censibus clementissime absolvat. Deinde ut
quamdiu publicæ istæ calamitates durabunt censum istum
priscis quondam felicibus temporibus proportionatum hodiernis
multo tenuioribus proventibus nostris adjustari gratiose faciat,
ne supra vires pressi Stationes nostras deserere cogamur cum
Ecclesiarum nostrarum totali exitio. Pollicemur A. Vræ Maj. pro
impetrata nobis gratia precum nostrarum sedulitatem assidue
ferendar.

serenderum, ut dies vitæ innumeros, beatum tranquillum regimen, trophæa contra hostes continua, tandem eliquando marcescibilem cœli coronam V. A. Majori largiatur is qui potis est dare. Sera quæ cupimus Deus!

Hoc anno Scherfenbergorus cum aliis quot millibus in Transsilvaniam movet ad Cibinium Julianum cadit, hinc Mediam et Schæssburgum usq. progressus Imperialium copias a Transilvanis extorquet et hic ad obsidionem Budæ revertitur. Eratvero in Castris ejus Craguius ad levibus temporum Equitibus, reliqui copiæ erant Equitibus Germanis et Peditibus ejusdem generis constabant.

De legatione vide in Folio p. 104.

Anno 1686 Emericus Tekelius libertati restitutus, Constantinopoli per Belgradum Varadinum reductus Ungaros omni studio in suas partes pertrahere studuit, sed desertus a fortuna etiam ab ipsis desertus est. Adscitis ergo Varadinensibus Turcis Muftiacino Lapidis Sacurrere voluit, ut conjugem ac Thesauros suos in Turcian transvocaret, sed repulsam semper cum insigni damno perpessus est. Transilvania Legatio Cæsarem pro indendo foedere adiit, hic Turcam expugnata Buda venit. Segedinum in Comitatu Bodrogiensi ad confluentes Tibisci et Marusii, vallo fossaq. munitâ et insigni arce condecorato sub Duce Veli Bassa occupato est Turcis deditionem 22 Octobris facientibus qui deposito armis Temesvarum concesserunt. Prius tamen eodem Duce ad Zentham multa turcarum millia cæsa, impedimentaq. capta. Inde Chonadinum 23 Octobris vi captum ejectis Turcis, incredibilis hic præda facta. Hoc et hoc sequenti anno Judicium delegatum in Pannonia, a quo plurimi perduellionis crimine accusati, in foro Ecclesiæ extructo theatro publice minani supplicium genere quod hactenus auditum, puniti sunt, inter quos precipui erant Comes Nicolaus Zrinius, Cæsareus Kanizsai, Andreas Lisnyai filius, Franciscus Baranyai, Martinus Jaroki, Georgius Berek, vice Comes Zoliensis, Georgius Radvanszki et alii plures. Christophorus Paschitsch.

Tractatus cum Transilvania vide in Folio p. 105. p. 107. Hoc deputatus Constantinopolim.

Anno 1687. Carolus Lotharingus vicit ad Mohacz hostes ac in Transilvaniam movit, cum Principe ejus Michaele ad partes Cæsaris pertraxit. Dedit autem præsidia Civitatibus Cibiniensi, Claudiopoli, Bistricæ, Albæ Juliæ, Saccæ, Szaszvarosiæ, Udvarhelyio, Devæ, Fogaras, Szamos Ujvaro, Somlyo. 18 Octobris Comitia Posonium indicta, ubi Josephus a Decano in Templo S. Martini per Georgium Szelepcheny coronatus sacro Transilvaniæ Diademate. Lex Andreana sublata, sic existentibus Regni Proceribus, Oblivio præteritorum publicata singulisq. præterquam Tekelianis et ejus studiosis oblata. Judicia Generalia sublata, Jura restituti et alia plura. Eodem.

Eodem

Eodem adhuc Anno Constantinopoli Imperator Mahometes
a suis depositus, in ejusq; loco Frater, qui privatam hactenus
egerat vitam collocatus est. Christophorus Parschitius.
Anno 1688 Dux Carafa una cum Copijs ex Transilvania vide in Folio p. 110 seq.
progressus Lippam vi armata intercepit, Turcis plus quam
duobus millibus interceptis, Caranzebesium ad Temesd
flumen, quod versus Hostis erigit, Lugasium vero et cetera
Temesvariensis Districtus oppida militibus in prædam dedit.
Ex altera parte Christianus Exercitus liberato Petrovaradino
22 July Ponte super Danubium strato ex Castro Syrl Turres
fugavit, ideq; direpto a militibus, qui 28 July Ducem omni-
um copiarum Bavariæ Electorem acceperunt. Hujus Ducis
Pridie Calendas Augusti Castra Salankeminum prope
Urbem arce munitam, situ loci prænobilem, diuturnis vel-
litis inter ruderа ruinosa et ubi Turcum in altera ri-
parte Danubius visurus recipit. Fuga sibi hostis consulit
qui ab Anno 1521 huc Solimanno potito, hic rerum potiri
Satagerat. Pridie Nonas Augusti ad Felinum Bavariæ Semlyn. Scribendi erat Parschitius
castrametatus in conspectu Belgradi venit, nam ex hoc op-
pido ~~quod~~ medio inter Danubium et Savum sito est loco, com-
modissime urbs hæc conspici potest. Sexto Idus Augusti
unico supra Belgradum milliari ponte Savus superato, decu-
manæ Legiones seu Regimina militum in hostium præmisit, qui
Hostes in adjacentibus Belgrado campis et vicis mira veloci-
tate et summo cum impetu fuderunt. Nona Augusti totus
~~tumultu~~ subsequutus est exercitus, et Alba Græca pridie Idus
Augusti obsidione gravi circumdata est. Turcis compressi
igitur tectis munitionis et arreptis armis, uxoribus, liberis et fa-
cultatibus in arcem sese recipiunt, quam Maximilianus referta-
multis facultatibus deprehendit. Mox literas ad Vezirem dedit
in quibus abitu suadet, secus facienti extrema minatur; verum
hic tumidius devorare nuntio literas jussit. Tandem vi expugnata 6 Septembr.
urbs est hostis octo millia suæ malitiæ et pueris cæsa; Christia-
norum duo millia octingenti et octoginta novem desiderati.
Præda ingens divisa est. Urbi Guido de Starrenberg cum Præsidio
relicto Dux octava Septembris ingressus est. Idem.

Post

post Capko Belgradum Ludovicus Badensis recta cum manu
multa millia Turcarum in superiori Mysia in fugam conji-
cit, ubi perierunt Turcarum 4000. 2000 in trecepta. Dux
Caprara haud pro Belgradensibus reddidit, sabbatio et
omnibus fere locis inter haud Drand et Dambio occupatis
amg. ad petendam pacem Oratores Turcarum Potendorffium
accesserant, quod rumor de bello Gallico irritam hanc pacem
redderet.

Anno 1689 Tibiscus Camros, prata, oppida et vicos plurimos
inundavit, multosq; accolarum submersit. Adversus Turcas
Ludovicus Badensis, Princeps Croy, Veterani et Heisler sunt
missi. Badensis primo Colmarium Civitatem Servia et duo
dierum itinere a Belgrado distantem profectus hinc Calenda-
rum Augusti die Sithiram movit, trajectoq; hujus nominis flu-
vio Nissam properat. In Festo Decollationis Johannis atrox
cum Turcis praelium committitur tandem turci fusi, quos Christia-
ni ad Palancam usq; prosequuti sunt, qui locus infra Nissa
6 milliaribus situs est. Itic castra valio et fossa muniverant
sed neutiquam parere Germanis, multa eorum millia, et in
castris et in fuga reliquerunt, quare multa potiti praeda
23 Septembris ad Nissam occupandam redivit Badensis sita
est hic locus ad Nissovam fluvium, inter Constantinopolim
et Viennam medio fere itinere, quinq; castrorum hic Tur-
cicorum in acclivi montis jugo positorum stili animadvertentes
hinc ulla mora huic impedi faciunt, in fugam ergo statim
dati Turci, qua quisq; poterat, evadere festinat, quos verso
quanti Christiani passim interfecerunt, aut in flumina
conjecerunt et nisi nox ardorem militis sedasset totus
eorum exercitus facile interceptus foret. Caesorum decem re-
perta sunt millia praeter eos qui sese praecipites ex praer-
uptis rupibus dederunt, vel fugientibus ab ipsis tasi aut conci-
cati hostibus sunt aut denig, a fluminibus mersi. Praemium
victoriae Nissa fuit, Picolomineo demandata. Hinc No-
vibazariam Civitatem arce Nobile et Despotorum olim sedem
Christiani sunt aggressi, quam fugientibus Turcis, praesidio
firmarunt. Nova Scopia, Servia amplissima et populo-
sissima

fissima, vltra montes, qua iter est in Albaniam, ad fluvium Arsium petita, in solo amaro et frugifero. In hac 60000 Iannichariorum, 40000 Christianorum bello aptorum et Pedestrium familia 400 numerata sunt. Quarto hic praelio accepto, marte commisso est, qua ex re propter magnitudinem timeri non potuerit, devastata est et multis in locis succensa. Item est portus ad Procopium a Procopio quodam appellatum, qui eam celesti doctrina imbuit, et Episcopum illis dedit. Dam fuerat, elegantissima fervida civitas et amplissima ad fluvium Torlicza ad montes Albaniae in frugifero solo monti superimposita. Admirabilis hic Dux Veterani insolarum Graecorum et Pasianorum humanitate, ut aditu eos ex eis praecluderet, praesidium imposuit. Priotium arcem pulcherrimam et Civitatem splendidam medio fere loco inter Nissam et Sophiam positam in solo jucundissimo Veteranimense octobri occupavit et praesidio adversus Barbaros munivit, cui etiam Pelankam Castellum adjecit. Badenchi ex altera parte Bodon ad Danubium vltra pontem Trajani in Moesia superiori sitam urbem et arcem nitidam decima quarta octobris aggressus quinto postea die occupavit, ubi vero acerrime pugnatum et quinto ad Turcis debellatum est Turcis, multa quorum millia amiserunt, ex urbe multi fessi in naves receperunt, quos ubi persequerer miles hinc ex finitimis fluviis abstinuit, alii cum mulieribus et liberis arcem petiere, unde pacti abitu incolumes dimissi sunt. Hic praesidio munita fuit. Postea Vidino admovit exercitum quod est Emporium loci naturae munitum et pertinet, Istro, partim Moravo fluvio partim denique paludibus impervium ab Amurate anno 1438 expugnatum fuerat. In Octobri expugnatum id est Turcis, dimissis praesidio firmatum. Sed et Novigradia arx et urbs vltra Vidinum et Scaderonia ad Istrum sitas in monte acclivi locata non diu restitit, per eundem anno Amurate 1438 capta fuerat. Sidero via vel Strendre Ungaris, Sanct S. Andrea, Turcis Semender Servia quondam Metropolis, florentissima et populosissima dein

storia

porind ad Istrum et fluvium Jazeniß ſitum, ad quod ſigit„
mundus olim vidit. Anno 1400 victus a Turcis urbs era„
ſit, et quod Amurates Anno 1439 occupaverat, in Au„
gusto magna vi expugnata et ad deditionem compulſa fuit.
13. Augusti Turcarum Praefectus denuo hanc urbem ſuccendit
et ad Sophia campos fuga ſeſe recepérat, Christiani vero
viſo fumo ſuperveniunt, extinctos, igne opulentos ade„
rti ſunt prædam. Badenſis imposuit præſidium loco. De„
inde Simandriam ſeu Semendriam, et Sinediam præcla„
ram Civitatem ad fluvium Laſeniß inter Belgradum et
Sudorovian commodo ſitam loco, qua via Constantinopo„
lim ducit a Turcarum manibus eripuit, quam fortunam
etiam Kalitſchum, Galbaczum ſeu Columbaczum, Ramum
et alia caſtra ſequuta ſunt, nec fuit locus Turcis inter Da„
nubium, et ſilvas Sophiæ verſus relictus. Cis Danubium
tandem Veterani miſſus a Badenſi, qui Orſovam ex op„
poſito Vidini ad ripas Istri collocavit, caſis omnibus Tur„
cis menſe octobri occupat, magna potitur præda et Ra„
ſcianorum præſidio firmat. Poltea Haran Civitatem ad Istrum
mercatura nobilem, hoſtibus profligatis interiit, ac Ra„
ſcianis pariter commiſit, cetera circumjacentia oppida, vi„
cos et caſtella, diripit, accendit et ſolo æquat. Turcis
undiq; fugatis et interemptis. Nullus fuit tam periculoſus
tractus Turcis, ubi tantum damni perpeſſi fuerunt, tot virös
et Provincias amiſerunt, ipſis Turcis fatentibus. Chriſtophorus
Parſenitius.

Anno 1690. Corona Tranſilvaniæ urbs una cum ſuburbio
ſuperiori, miſerandum in modum una cum templo et inſigni
Bibliotheca aquilonaribus ventis impulſi et tanta ſævitia
ſpirantibus, ut nulla extinguendæ flammæ remedia in„
veniri potuerint, conflagravit. Conſtantinopoli Legatis
nuper vienna reversis expeditis, novus adfert nuntius
mandata Sultani de pace ad Cæſareanis vienda, ſed
Chriſtiani tot victoriis ſuperbi, nihil de pace cum Tur„
cis faciendo cogitantes novas victorias ſomniabant, Moſchi vero
Populi tot diregionibus pene aſſueti, nec iis ſanguibus
quibus

sustentari Cæsareus miles solet innutriti, Turcarum auxilia tam anxie imperabant, ut se mori malle, quam extraneos hos hospites ulterius sustentare, eisdemq; parere omnes concorditer clamarent. Decimo tertio Aprilis die Princeps Transilvaniæ Michael Apafius Fogarasini moriatur et Ducatus sui una cum filio Leopoldo Cæsari commendavit. Interea vere Magnus Vezirius collectas undiquevias in Campis ad Sophiam lustrat, easdemq; in tres partes divisas, partim Thekeolia qui Transilvaniam aggressus erat, partim Duci Serasckier tradit, ut occupata Danubii ripa, aditu ad residias Ungaricas eisdemq; Turcicas urbes patefaceret, reliquos sibi parere jussit. Nissa primo et haud recepta Belgradum repetere statuit. Victor Thekeolia precibus Heisteri commotus Marchionem de Oria Viennam admisit ut pro redimendis captivis oraret, et ad diem servitus differret, sed sic Vienna sibi cognitus perit. Magnus Vezirius VIII Idus Augusti castra Nissam versus movit, et in itinere Pirotum, post quadriduanam obsidionem expugnavit. Toscoriam Antonius Præfectus Radicanorum fugiens cum suis igne deleverit. Nissam deinde ceperimus irruptionibus sexto Idus Septembris recepit Vezirius et stabre ubique ex pacto dimisit. Semendriam, mille præsidiariis oppressis expugnavit. Kalitschium post tridui oppugnationem obtinuit. Belbazarum, Ramnum et alia castra, Christiani supposito pulvere diserentes in ruina reliquere, unde Vezirius parens continuis itineribus ad Belgradum properavit et decima octava vigentes illuc copias adduxit. Interea Serasckier, Vidinum, Bodon, Novigradum, Szenderovianam magna vi deditione accepit et omnes Præsidiarios gladio ferentes justit, cæteris quoq; locis tantum ubique terroris, ut Christiani sponte oppida et arces deserrent, fuga salutem quærerent, multis millibus in montibus et viis angustiis ab incolis oppressis. Belgradum quando Vezirius quadrilatitio aggrederetur exercitu adeo tormentis noctu dieq; pulsat, ut Asperrimi Præfectus ipsos ex urbe tandem in arcem, micensis tectis, revocare decreverit.

Ad Sam-

ad hanc cum reuniter hostis, cumq; forte in pulverem vitarid, qui erat in Turri quadam, globus igneus incidisset, adeo, non solum hanc Turrim sed et vicina moenia concussit, multosq; ruina sua oppressit, ut hosti adiens, nos his vero interitus, quicquid etiam Praefectos moveret, hoc ipso Turrim paratam. Nam magna vi fit impetus in nostros semianimos, qui facile dejecissent, adeo ut vix praefecti per subterraneos cuniculos evadere et lacera, alii inutili navi per Danubii gurgites tranare potuerit. Octava Octobris die, post 20 expugnationis diem. Deinde Turci trajecto Savo usq; ad Sysekum omnia ferro et flamma consumunt, et tandem Sysekia ipsa tentant, unde tamen mizo Principis Croy strategemate cruenti reiecti fuere. Sic item in Hyberna et Verbinis reparatis moenibus Belgradiensibus, locos praesidio munito et annona procurata victor Constantinopolim redit. Christophorus Perchithes. Anno 1601. Caesar de hostium apparatu certior factus, Danubium, Sysekum, Padam et alia loca Savo et Dravo vicina, munire praesidiisq; firmare justit Conscriptoq; denuo exercitu, Brandeburgio Electore simul comitante cum Ungaris et Rascianis sub Duce Monasterolo, adjecit hisq; summum Ducem Ludovicum Badensem rursus dedit. Interea tamen, quum Turcarum Oratores, quos adhuc secum habebat minus a pace alienos animadverteret, hujus rei negotium Wilhelmo Austriaco Oratori Angliae Regis apud Ottomanicam Portam, commisit, ut de Pace vicissim cum Turcis incunda illic ageret. Sed Sultanus propter detentos tam diu Legatos, tot victoriis elatus, et Theokeolis, propter dimissum nuper Heuszlerum non parum iratus, rem Busellarius hujus Oratoribus satis superbe nuntiat: Validissimum sibi foedus iisse, victoria praeterito anno suarum fuisse partium, Germaniam diffidia laborare, nihil ergo de pace cum Germano pacisci sibi. Illi Oratus Hajji Veziris Mezimo, Semendriam et Belgradum versus copias ex Bulgaria, Servia et Albani castrametari jussit. Theokeolius sumptibus Regis Galliae adjutus, auget suum exercitum et quadru-

quadringentis spahis ad Tömösvarum contendit. III Nonas Junij de Petri Varadinū Exercitus Christianus castra locat. Calendis Julij moritur Constantinopoli Imperator Turcarum, quorū celeratus Vezirius a Belgrado hūc subito profectus, quibus ut potest ad trepidandū haesit, mandavit, festinavit pro creando alio Sultano. In fratrem Imperatoris summa redit, secreto priorie filio. Redit Vezirius 10 July. 9 Augusti pugnatū est ancipiti marte, tamq; ad Turcas victoriae inclinare victoria, cum circumventi per Ungaros Turci, turpi fese fuga dederunt. Ceciderant Christianorum 3000 exceptis ducibus. Turcarū 25000 desiderata. Christophorus Perschitius.

Anno 1692 Heisslers consilio Varadinū majus post dictarum vide Fol. 179. 199.
obsidionem mense Junio tandem capit et mille Praesidiarii Articuli. 80.
milites, totidemq; cives non numerato minuti sexus hinc di-
missi sunt ad suos. Heisslerus duas illic Legiones munivit.
Sub obsidione ejus urbis Comes Auersbergius, qualem inter
captivos erat factus, fama de oppugnando Jeneo ex nuper
viso cum aliquot militibus, tormentis, scalis atq; aliis bellicis
instrumentis huc convectis est, atq; sub dimidio statim tria
exteriora munimenta expugnavit, cumq; refugis simulatam
occupassent, ni miles praedā intentus ordines turbasset. Hostis
300 strenui milites cāsi, multi captivi abducti, et insigne praeda
capta est. Theokolius autē quasi clam cum Germanis dimisso
Heisslero colluderet in fugitione a Turcas attractus per fau-
tores capitur et Albam Graecam ductus iterū fortiter fese tue-
tur et in libertatē asserit, qua adepta Tömösvarum fame
gravatū amonam una ad Turcas et Tartaros reduxit.
III. Calend. Mar. Caesaris exercitus 32 millibus praeter auxi-
lia Polandica et Hungaros ad Valkovard castra metatur,
quibus mox etiam veterani Transilvanae Caesaris copiae se
junxit. Cumq; paulo post et Principes Croyae et Ludovicus de
Hessis arguissent ad Petro Varadinū castra vallo circum-
data sunt, illic et Turcarū obsidionē, et graves casi mi-
seros, cum Ungarica hinc repressi nihil aliud perficere,
quam ut strenue fese adversus Turcas defenderent, qui tan-
dem ad suos redierunt. Idem.

Anno 1693 Heusslerus ad Exercitorem arcis Jeneo in vide in folio p. 173. 159. 214.
Resolutio Leopoldi Transilvanis data Lichae in Fol. 161. Comitatu
Contractus hujus Anni vide 1180 in Tractatu.

in Comitatu Zarandiensi, qua muro crasso et ex alto nec non fossa, quam Chersius amnis interluit, munita erat movet. Dieg. de Principio Maji superatis paludibus copias Germanorum urbi admovet, Hungari cimbis curruum ministerio allatis fluvium trajiciunt, hostibus in urbem regressis suburbia succendere capiunt. Duibus cum Heisslerus instaret, animi fracti, signo illi edito de deditione pacisciuntur, traditis portis Foro Boarino discesserunt Christiani adesto nullius armamentario loco praesidio firmarunt. Postmodo Heisslerus ad Illoa castra metatur. In Transilvania Ruberinus Regis per Dulcem Veterani constitutus est, ut quo Gubernator nimium cum duodecim consiliariis Regiis, ex transilvanis, data a Caesare potestate administraret. Ceteri Principes Corona discedunt Germani. Dux Turcorum motibus acceptis XVIII Calend Junij ad Belgradum recuperandi festinat factoq. super Savum ponte 17. Augusti ad instituendam obsidionem festinat. 20 Augusti Brandenburgici eodem deferuntur, et quamvis ipse Corona vulneratus in manu foret mistili gloto, tamen oppugnatio acrita nullum hausit, nisi Christi Magni pridie ~~idus~~ cum Calendarum Septembris, profligato Belgradensibus accessisset. 2 Septembr. ergo soluta est obsidio, nihilq. praeterea memorabile dignum perpetratum. Locusta hoc Anno delata in Hungaria multa intulerunt provincialibus damna. Christophorus Paschius.

Anno 1604. Pax inter Christianos et Turcas Rege Galli interveniente. Turcarum copiae ex Asia, Africa et Europa versus Belgradum congruunt, quotidie etiam ex Ponto Euxino Naves transmittuntur. Tartari vero crebris excursionibus Siculos Transilvanos fatigant. Mense Augusto Ducibus Caprara, Eugenio Sabaudo, Friderico Staremberg, Heisslero, Hungaris et Rasciis conjunctis ad Petro-Varadinum Germani castrametati sunt, castrum circumscripserunt fossa et vallo et ponte circumscripserunt superjecto ponte Danubio. Hos VI Idum Septembr. Turcarum et Tartarorum copiae adortae, totosq. octo et duos dies oppugnationi, instant, tandem cum Christianis et virtute Christiana rejecti 7. Octobris unde solverunt amissis, ut refert est

virgini

viginti quinq; militibus filicq. Magni Chami Tartarorum. Vezirio propter infelicem hanc expeditionem reste donatus perit. Ex Christianis Comes a Salmes cum multis lectissimis militibus simul perit. Christophorus Parschitius.

Anno 1695. Nona Januarii Gyula his conditionibus dedita Fol. 200.
ut Turci armati, quicquid dorso vel propriis etiam jumentis ferre valerent huic salvi Temösvarum dimitterentur. Periere durante obsidione 2000 hostium fame. 70 saltem superstites remanserunt. Hoc Anno Caprara Cæsareorum Dux Turci sub Vezirio magno armatorum 150000 ad Belgradum cõgressus. 2. Augusti Saxonia Elector Fridericus Augustus in Castra venit. Calendis Septembr. ad Segedinum castra posita. Sultanus Lippam intercepit, Titul dedition accepit, sed violata fide præsidiarios Belgradum transmisit. 19 Septembr. Saxo ad Germanis fidissimi traiecit et ad Zenkonem castra metatus est prope Mazuzium. Commissum acerrimum cum Turcis prælium. Duce Veterani Turcarum duodecim millia cum aliquot Bassis periere, ex Christianis una cum Duce multis vulneribus confosso, aliisq; ordinum Ductoribus 1200 desiderati. Idem.

Anno 1696. Temösvarum aggressi sunt Christiani Duecen-
xone, ida. viginti dierum spatio frustra oppugnarunt. Ad
olaschinum cum Sultano decertatum est toto die, hostium
selectissimorum xmillia, Christianorum tria millia una ad
Heusslero et Poland, Ducibus et tormentis 23 minoribus a-
missa sunt. Idem.

Anno 1697 13 July per Franciscum Tolcai ejusq; socios seditio- Resolutio Aulæ huius a Leopoldo
citata, in qua Saros-Petakinum, Kalo et Tolcai arces subito Francus missa videas Fol. 161.
intercepta sunt, sed ut subito orta erat incendium hoc sic per
Cæsarianos Duces extinctum est. Capitis Rebellibus
supplicium inflictum. 27. Augusti ad Zentam ex ripa Danu-
bii oppidum Duce Eugenio Sabaudo Principe Turcicus victus
est exercitus. 20000 Turcorum hic periere cum supremo Vezirio,
Janicsariorum Aga et Bassis 27. multa præterea millia dum
in fluvium dum augustos pons minime fugientes caperet.
Christianorum non amplius quam bis mille periere. Præda Castra,
160 tormenta, 7. Caduca equorum et armorum innumera, 600 Carros

8000

8000 equorum, 10000 borum, quingq; millia vexillorum, auri
& argenti copia infinita. Sultani territorium 500000 fl. aestimatum. Christophorus Barschitius.

Folio p. 207.

Anno 1698. Christiani ad Petri Varadinum, Turci ad Salonichi, mini consederunt inter utrasq; partes mense Maio in induciis pacis paulogi post ad Carolovicium, viam Caroli dixeris, circa finem Mensis Anni 28 Novembr. in Pacis rei causa in Caesaris patentis prato tumultuario constructa opere concordia Carpa et ad finem bono cum Deo Anno sequenti 1699 deducta, cujus vigore Podolia et Valachiae fines fluvius Marusinus & Tibiscus mihi termini constituti sunt cis Danubium, Decretum, ut liti de finibus amice componerentur, commerciis inter gentes exercendis ejus denegandis, Oratores Legatis mutuis novo cuique audientiae amicitia, Caesari jus foret, agere de Sepulchro Hierosolymitano. Foedus, in duas ad 25 Annos pactae 20 Articulis constitere. Item.

De hoc Anno Religionis Causa vide in Fol. p. 161. 208.

Territoriales Concessiones ex archivo Cellae

cum Exemplo Joh. Reisneri

Nos Magister Civium, Judices Caeteriq; jurati Cives et Incolae Civitatis Cibiniensis et reliquarum Civitatum, Sedium et Districtuum Sedium Saxonicalium partium Transylvanicarum memoriae commendamus tenore praesentium, quibus expedit universis et singulis, Quod Nobis prisca consuetudine et more alias laudabiliter introducto et observato, de rebus publicis consultandi gratia, simul circa festum Beati Georgii Anni 1500 proxime praeteriti, congregatis; comparuerunt coram Nobis Honesti Villicus et Caeteri jurati Seniores Possessionis Zazkerezthur in ipsorum et universorum hospitum et inhabitatorum ejusdem Possessionis Zazkerezthur nominibus et personis, ad una, Parte vero ab altera, Villicus et Caeteri Jurati Seniores Possessionis Miklosselke ejusdem in Commitatu Solnock Existent. etiam in ipsorum et universorum hospitum et inhabitatorum ejusdem Possessionis Miklosselke nominibus et in personis, et Nobis exposuerunt qualiter ipsi per nonnullos jam exactos annos, quotidiana fere contentione mutuis odiis et rixis, ratione limitum et metarum territorialium, contra se invicem altercati essent, ac in hoc casu, absq; nostra, moderatione et complanatione, convenire et concordare non possent nos, debita cum instantia

Ultramg. Exemplar sic habet

tia

tia rogaret. Vt certas aliquod graves et fidedignas personas ex Scabinis et Senioribus tam Senatus Civitatis quam ac„ carum Civitatum, Septem et Duarum Sedium Saxonicalium, certo aliquo et loco termino ad faciem dictarum possessionum, et consequenter ad distinctionem et sequestrationem territoriorum nostrorum mitteremus et singulas differentias ac litium materias, partes inter prefatas sonizi et concordi faceremus. Nos itaq; pacis et quieti ipsarum Partium consulere; et omnes ulteriores rixarum et odiorum anfas tollere volentes, pro ipsius controversie causa cognoscenda ac materiarum distinctione et rectificatione, omnium litium et differentiarum complanatione ad utriusq; partis humiles instantiam et petitionem terminum et locum ad premissum: Ex Civitate Civinien, Prudentes et Circumspectos Georgium Hecht et Servatium Veidner, juratos Cives, ex Civitate Segesvar Petrum Pinnigi et Jacobum Buser juratos Cives, Ex Civitate Meggies Georgium Gerez et Georgium Eibesdorfer juratos cives. Ex civitate Eperies Adamum Hutorem juratum Civem, Ex Sede Schenk Laurentium Henczman, et Emericum Reiner juratos Cives, Ex Sede Reimer legitimi Aliis Litteris Petri Keobalom Jodmeni Jurium Magrum Civium Ex Sede Reimer dictus distinctissime Rymer Zeredaszky Joannem Wolfgang juratum, Ex Sede Zeredaszky vero in Attentio huius et Reimer in illo advertitio. varos Valentinum Haller juratum Seniorem ad eam rem vocandos deligendos, distinctionem specialiter delectos remissimus, Qui quidem Prudentes et Circumspecti Georgius Hecht et servatius Veidner jurati Cives Civitatis Civinien. et ceteri causa predicte Judices ad nos specialiter delecti exinde ad nos reverti unanimiter nobis die data rum presentium retulerunt; Quomodo ipsi feria tertia post festum Sancte et individue Trinitatis proxime jam erraverat hic Reimer - qui in dividia scripserat. ta commissionem nostram ad Villas et possessiones predictas et consequenter ad territoria Villas inter prefatas adjacentes pertinentes atq; partitos et rationate confinis provid. Thoma Poldyar Judice et Antonio Falbert, Villico Valentino Falbert, Alexio Victore, Bartholomeo Schwarz et Francisco Schwarz juratis Senioribus pro parte et in presentia dicti sui quamtotius communitatis et pronominatae Possessionis Barkereszta. Item provid. Petro Fabro, Judice, Michaele Kretsch Villico, Martino Fabro, Matthia Vutsch, Christiano Mayer juratis Senioribus pro parte et in presentia dicti

liter

liter tam suis, quam etiam totius communitatis premissa
Villae et possessionis Miklosselke ac aliis, [illegible]arum et
commetaneorum villae quam plurimis fide dignis ex[illegible]
ibidem similiter existentibus, situm et habitudinem territo[illegible]
praefatarum Possessionum diligenter et fideliter pertractas
sent ac receptis et plene intellectis ambarum partium testi-
bus ac universis probabilibus documentis, datum ejusd[illegible]
tam Justitiam pro oculis habens territoria dictarum pos-
sessionum Zarkerezthor et Miklosselke per nas veras
metas et signorum metalium exercitorem reambulassent
ac modo et ordine infra scripto signassent et distin-
xissent. Prima inicipiens a territorio Possessionis Zarkerezthor
et versus meridiem, in superiore parte den dorf montis
Elsbrosser Deut vocato juxta semitam comendiari-
am, qua ex Possessione Zarkerezthor in Villam Miklos-
selke tendit prima meta. Ab hac ulterius recta supra
dorsum praedicti montis Elsbrosser Deut procedens versus
eandem plagam meridionalem retro vineta possessionis
Zarkerezthor. Secunda meta. Inde recta in eodem dorso
montis Elsbrosser Deut progredien in loco vo. anst Stein
fbentt vocato supra veterem metam, tertia meta nova
erecta jaceret. Hinc procedendo ulterius in loca quae
miklosselker coloni vo. Im obern Busch Zarkerezthal
vers vo. hinder dem Milbusch nominant, quarta meta fixa
ta et ab hac in superiore parte praedicta silva progredi
endo supra montem Buchholz appellatum, modicum a
plaga meridionali versus occidentem flectens penes anti-
quam metam nova meta et in ordine quinta esset. Inde
versus occidentalem plagam eundo in loco vo. anst Deutsch
Eschreck nuncupato sextam metam et ab hac pergendo sue-
rius in locum Im Deutschen Loch unter dem Aech vocatum
juxta viam regiam septimam metam, a qua directe in sil-
vam intrando donec veniatur ad locum qui a tylius nomen
habet Ao in dem Linden juxta semitam comendiariam
octavam metam. Inde ulterius in dorso montis Deiffenrech
nonam metam renovam exexistens. Inde trans fossatum
praedictum montem Deiffenrech ascendendo in loco passen-
fortium nominato decima meta renovata. Abhinc per
montem Deiffenrech ejusd. latus transversum in locum pro-
pinquum vo. aust neccst Caychem penes fossatum

Deiffengra-

Territorii undecimam metam posuissent. Aqua in
[illegible]to descendendo et tandem in eodem rato
[illegible]g; ad Summitatem vrs ruff Creutzer Kopf
[illegible]sent, vbi duodecima et ultima meta jaceret nerve,
nisi essent territoria villarum, Miklostelke, Dellendorff et Jar.
Kerezter. Atq; hi erectis et renovatis præmissis metalibus
signis omnibus reambulatio dictorum Territoriorum rem,
facerent. Quas quidem metas ex commemoratorum Dnorum
et Fratrum nostrorum deliberationibus renovatas et erectas
per omnia approbamus ac partes istas pretactas respectu
[illegible]o Cabiliter observari commissas. Nos quoq; hm,
[illegible]revocabiliter observari et duraturas relinquimus.
[illegible]um omnium premissor fidem et testimonium certes
[illegible] literas nras autenticas privilegiales sigillo nro rotundali
munitas parti petenti duximus concedendas. Datum in Civ.
tate Cibinien in congregatione nostra generali ipso die
Festo Beator Philippi et Jacobi Apostolor Anno Domini
Millesimo quingentesimo septuagesimo.

Prima Universitate saxonica enumerate Rubo Conf.
Michaele Heutthaetzen et Judice Regio Valentino
Zerghio rem tractante Joannes Reissner jurator

Eodem Anno etiam Territorium inter Cruczburg et Meschendorffenses reambulatum est cujus rei litera nihil prorsus in antecedentibus et consequentibus variant ab his descriptis nisi quod loco Miklos Telkensium ponunter Meschendorffenses: Martinus Veidner Judex. Bartholomeus Stephani Villicus Item Benedictus Vedtl, Georgius Knoll et Petrus Bayer. Præterea serie quinta instituta est reambulatio, adeoq; Feria sexta priorem die et hac quidem ratione: primo vicinam
do in promontorio Kirczarum Munchtal Semgart vocato
in parte superiori seu dorso ejus promontorii sub Silva, ubi
via publica procedit versus meridiem, prima meta erecta
et hinc descendendo per vineta in vallem seu angustam seu
appendicem dicti promontorii Munchtal Semgarten versus
tandem plagam meridionalem secunda meta jaceret. Indeq;
eta procedendo usq; ad fossatum vetus sub promontorio Munch
tal Semgarten tertiam metam. A quo fossato tendendo et
per descensum fossati prædicti servando plagam orientalem sub
monte Creutzberg vocato, quartam metam exexistere. Unde di
ctum fossatum transeundo in loco quem ipsi Meschendorffenses nomi
nant

rant, lapidem pro signo metali reperiissent, hora quem
quintam metam collocassent. Ab hinc [illegible] pro[illegible]
prosecti juxta arbores populneas ad Leg[illegible]
senes viam regiam, sextam metam, et ab hac [illegible]
elendo ut loco Wo Spreznou vocatum hora ad m[illegible]
juxta pisinam colonorum possessionis meste versus me[illegible]
diem declinant, 7ma meta renovata est. Inde ascendendo
in prærupturn montem quem Wo. Sibriger ruet nominant
versus orientem octavam metam. Abhinc ulterius partem
montis Sibriger ruet superiore ascendendo versus eandem
plagam orientalem ultima meta posita est. Inde Territo-
tum in summitate seu dorso montis Sibriger ru[illegible] ad
alium montem bis aut den Sangleberg ad met[illegible]
antiquam protenderetur, qua meta Possessiones Za[illegible]
torrissesse et Zazoda territoria distinguit et segnestrat.
Acta hic erecta p.s.
renovavit Reisner junior 1634 die 7 Novembr. di[illegible]
dem ut supra notabb Officialibus.

Viris maxime Venerabilibus, Clarissimis, Præclaris et Pru-
dentissimis Dnis Favitoribus et Fratribus in Christo dile-
ctissimis, æstimatissimis,

Salutem plurimam, Spiritusq; Sancti assistentiam,
feliceq; Jesus in actionibus nostris peragendis
præ.

Bonum et jucundum esse Fratres habitare in unum Psalm. 133
Psalm, id ipsum si ipsis in memoriam revocassent Viri
Ven. Cl. Prud. R. Præstantissimi nostri Contuberrii D. Fres
rii bona unitate, charitate et tranquilitate confluxissent,
dum pax sit optima rerum, tantiq; tumultus non fuissent
excitati in Conventu nupero celebrato Bodendorfini, qui
Veris admodum Ven. omnibus constant, jurgiis et contume-
meliosq; scissos insectarint in tantum donec utraq; pars liti-
gantium se lasam esse putaret, ob eamq; causam utraq;
pars alteram injuste trahere præsumsit, requisiverunt hum-
me Ven C. Dnum superattendentem, protulerunt querelas
suas in auditas autem eas decidere noluit, verum ad
primam Instantiam Ven. Capitulo remisit, dum autem illi
Fract. Dni litigantes benivoles fuit, Luminag V. C. sessioneq;
publice interesse non possunt. Summe Venered C. D. Super-

attend

[illegible] pro Actibus in hoc negotio determinandis Decretal[illegible]
[illegible] meam in Supplicationem ita tamen [illegible] adscito
[illegible] convocandi in Notarium agendor causam
[illegible] eamus eundemq; in Timore Dei secundum Jura
[illegible] et Humana citra omne partium studium via dijudi-
cemus, ut coram Deo et Alma Universitate fidem de-
